Haec historia una adhuc est memoria; Duce Joanne Austriaco, Pontifice, et Veneto Senatu, eo prisci Loci quo Octavianus Antonium et Cleopatram praelio navali superavit, dictus Turcica classis gesta praelio. N.cb.

TAB. XIV.

Classes oppositae Turcarum una, Christianae societatis altera; inter Pium V Pont. Max. Philippum Hispaniarum regem et Venetam rempublicam ita foedere ingentibus utrimque animis concurrunt.

Pius V. Dedicavit M. Ant. Columnam Romanum, qui post victoriam

vid. inscrip. quae est in Sacello Sixtiano apud Ang. Roccam.

ziam renuncius publica Lætitia ruinum Romanorum de reptus est. Veneti vero Sebastianum Venerium imperatorem erant. Vide Joan Petrum Contarenum, qui navalem pugnam cum bello Cyprio ample describendum.

Ingredienti hinc occurrit a Pio IIII Pp. murco portam ut ad locus, ubi habitant Helvetij milites ad custodiam Pontificis. In horti vaticani hic legitur epigrama octus marmori insculptum:

id est.

ΥΠΕΡ ΣΩΤΗΡΙΑΣ ΚΑΙ ΔΙΑΜΟΝΗΣ
ΤΟΥ ΚΥΡΙΟΥ ΑΥΤΟΚΡΑΤΟΡΟΣ
ΚΟΜΜΟΔΟΥ ΣΕΒΑΣΤΟΥ
ΟΙ ΝΑΥΚΛΗΡΟΙ ΤΟΥ ΠΟΡΕΥΤΙΚΟΥ
ΑΛΕΞΑΝΔΡΕΙΝΟΥ ΣΤΟΛΟΥ

Pro salute et incolumitate
Dn. Imperatoris
COMMODI augusti
Nauclerii vlteo citroq. comeantes
Alexandrinæ classis

XIII. In Circo Neronis ad Janum templi Vaticani, et templi Teutonicorum, cum tamen id quod vocant campum sanctum, id terra fabulatur vulgus, e Hierosolymitana regione traducta: hic obelisci magni Vaticani terra magna ex parte obrutus latuit; circum sunt ossuaria, quam varium regionum et civitatum reliquiæ. Institutum hic nostro a quo pontifice piissimum, ut sim gulis diebus, XII peregrinis pauperibus prandium detur, quorum deinde manus prefectus e pontificia familia postquam lauerint, puricsimo lino sicut e abstergit. In Circo Vaticano nonnulla Taritus scribit, lib. Ann. XV. Statua Laocoontis, cum tertio ab hinc i folio meminimus, in hortis vaticanis munita, non procul a Thermis Titi, in vinea Fabi rib. civis Romani, Anno Christiano CIↃ IↃ VI, ex specie qua a Virgilio II Aneid. describitur: de hac sic Plin: Laocoon in T. Imperatorum domo, opus omni et picturæ et statuariæ artis præponendum, ex uno lapide cum filiis summi artifices Agesander et Polydorus et Athenodorus Rhodij.

XIV. Portam S. spiritus egressus, varia vidi munimenta, vallem quoque inferni, ut vocant, ubi figulorum domus et officinæ, præterea templum D. Onuphrij, in colle Janiculi, ubi olim templum Jani, quem ibi olim consedisse narrant.

De bibliotheca Vaticana quam Sixtus V. pont. mirum in modum ornavit et instruxit, vide librum singularem Fr. Angeli Roccæ Camerini Augustiniani, editum Romæ anno 1591. ubi hæc inscripto marmori incisa legitur:

SIXTVS V PONT. MAX.
BIBLIOTHECAM ÆDIFICAVIT
PORTICVS CONSTRVXIT coniunxit
AN M D LXXXVIII PONT III.

Vide hujus descriptionem Sciadi in mon: Italiæ fol. 292.

XV. parte

S. mat.

vide Lanzerid.

vide petr. Bufeld. lib. de confess. malefic. de corruptione huius terræ.

XV Pars Urbis Transtyberina Veteris, quatuor olim portas habebat; Valeriam, Septimianam, Aurelianam, et Portuense; hic igitur diem in explorandis Transtyberinis monumentis consumpsi, ac portam Fontinalem sive Septimianam ingressus, vidi S. Mariae Transtyberinae Basilicam, ubi olim Tabernam meritoriam fuisse ferunt, et olei fontem fluxisse tempore nativitatis Christi autor est Eutropius, cui assentatur Orosius; et hi Poeticuli aureo vetustiore restaurati supra portam in novi posteriori adorant:

Quum teneret emeritus miles, sum magna taberna,
Sed dum virgo tenet me, maior nuncupor et sum,
Tunc oleum fluo, signans magnam pietatem
Christi nascentis, nunc trado petentibus ipsam.

Est in parvo lapide non procul a porta obscuro in loro simplex epitaphium Innocentij II PP. Goticis literis iam primo fugientibus signatum; qd est tale: Hic requiescunt venerabilia ossa sanctissimae memoriae Domini Innocentij II PP. de domo Papareschorum qui praesentem ecclesiam ad honorem Dei genetricis Mariae ex quae lapsa vix poterant. (M. CXL) sed ex Platina Martino & Blondo facile supplere. Fuit id est Transtyberina regione Romanus; mortuus pont. anno XIIII M. VII; formosus et ejus templi opere mundo venant.

Scribit Antonin. Ep. Florentinus, sic ni fallor imaginem esse D. Mariae a B. Luca depictam. Eodem in templo est epitaphium Francisci Amelini Meduces Card; et sub patris, item Stanislai Hosij Poloni Card. viri doctiss. qui Concil. Tridentino nove PP. profuisse videtur, et de controversijs religionis quaedam edidit: Epitaphium est in Epitg. mirorum lib. ubi et aliud est Roberti ab Altaemps Gatesij durid. ad sepulcrum Hosij hoc habetur. Dignum tam valido pontificum causae defensori elogium: Catholicus non est qui a Romana Ecclesia in fidei doctrina discordat; si de veteri, vera; si de hac corrupta, minime. Lactantius Firmianus vera catholicam ecclesiam esse scribit, in qua est collegio, confessio, et poenitentia: quae petrata de Dulnira qb est subiecta imberbitab terrenis, salubiter curare sti. restant quae in Romana Ecclesia strumum vocabula, sed longe distat effectus.

Tit. XXII cap. IV § XV sum. III.

in fin lib 4.

Mihi narratum, Henricum Stephani olim ad bibliothecam vaticanam admissum, et ei exscribendi quaedam copia fuerit: cumque redderetur scribere, summa dexteritate cultello eam librum integrum excidisse, et capiendo varno ne fraud patiret ablato absculisse.

Fide ad

Inde ad montorium Janiculari montis partem perve-
ni, habetque Templi D. Petri in monte aureis in quo
sepulcrum Cardm Montorij qui quondam et pictor fu-
lio III in delitijs fuerat; et pictura excellentis. Vbi
natis.

Hunc montem si descenderis, in planitie iuxta muros et
coemiterium Iudeorum, Philon autor est Iudeos olim magna
parte Transtyberina regionis tenuisse, in hac quoque bi
liora et sordidiora quique opificia fiebant.

putant quin rempu. ex bonis Tarquinio. mortis percutiuntur.

Hinc via est per portam Janiculensem, nunc S. Pancratij, via
Vitellia ad mare. Truncus qui meminit in Vitellio Tranquillus.

capite primo.

Hinc ambulantes iuxta Tyberim, videmus reliquias pon
tis publicij in medio flumine apud navalia existentes,
ad radices fere Aventini; in hoc olim Horatius Cocles
impetum hostium solus sustinuit, domo demolienda;
et Rom. rec. scriptores abunde posteritati reliquere, hic
factus per Ancum Martium IV Romanorum regem ligneus, et
lapide inde restauratus per Emil. Lepidum, et dictus Emi
lius: deinde ab alijs Impp., et tandem ex marmore per Antoni
num pium, Marmoreusque appellatus.

Circa hesperium pontem olim palatinum et senatorium, ho
die S. Mariae, transimus; et hospitium quod tum dial in
atgiope, reptinimus; habebat hoc de pons hanc in
scriptionem marmoream: Ex autoritate Gregorij XIII P.M.

S P Q R.

Pontem Senatorium cuius fornices vetustate collapsos et rampede
refectos fluminis impetus denuo deiecerat, in pristinam firmitatem
et pulcritudinem restituit; Anno Iub. M D LXXV.

Janiculum pertinus, quod per eum populus Romanus primi
tus transivit in agrum Etruscum, tradit Festus; Vig.
a vetustissimo oppido Jani VIII anno desinit nomen, vide
Georg. Fabritium de antiq. urb. Rom. Hic summum esse
sepultum autor est Paul. Diaconus in Festum, in Dec. Numae.
Hunc pontem D. Mariae Aegyptiacae virginis adhuc nunc appellatis
volunt, in inscriptionem antiquam esse fecit Marchian:
que dubito an unquam extiterit: cum vi et impetu fluminis A°
M D LVII deiectus fere medius fuerit, ut deinde a S.P.
Q R. tempore pij IIII Pont. max: anno scilicet M.D.LXI. ex
limis marginibus reficere curavit. sed tum opus iam ab
solutum esset, praefracto uno ex validioribus rudentibus,
praeceps in Tyberim prorumpit, quassata mole et abrupta, sin
usque ad tempora Gregorij XIII PP. A° M D LXXIV mansit; tum Ex
pro Iubilei iterum restauratur, architecto Matteo Typhierna
te, cuius tum sumptus ad LIV mill. num: auriorum ascendit.

XVI. olim

XVI. Olim tempore Plinij Roma XXXIV portas habuit, nunc vero minor XX tantum est: quarum nomina et autores vide apud Solinum, Victorem: et Neotericorum Onuphrium, Marlianum, Blondum, Fabritium, Alb. Leandrum, Mart. polonum.
muros habet et turres de recto lapide, fossas aut aggeres nullos, nisi forte in Leonina urbe. Turres muri habet CCCLX. et tempore Martini poloni, qui dicit circuitum 22. milia, praeter Transtyberinam regionem et Leoninam, vide etiam Itinerar. Beniamin fol. 20. lib. 2 cronicor.
Decantarunt Rom. Scriptores; Benedictus Aegius, Andreas Fulvius, Marianus Vegius, Ma. Fabius Calvus, Pyerius Ligorius, Iacob. Bosartus.
XVII. Amphitheatrorum quoque tum oculis meis occurrebat pulcerrimum spectaculum, Quis n. Titi molem non miratur; a tam longo aevo, et post varias urbis vastationes exstantem, quam:

Non tamen annorum series, non flamma, nec ensis
abolere potuit ruinis formam. et descriptionem vide ampla apud Lipsium; voratur hodie colisseum, quia colossus rum rapitur Nerones in divinis, et Dion autor est. scribit quoque Tranquillus, Vespasianum colossi reparatorem magna mercede donasse, oreti vocant Δέκαρον κονιορτικόν .i. stadium venatarum, ab eius usu. Vespasianus, Suetonio teste, ferit in urbe modia vti destmasse comperezat Augustum, non perfecit, sed Titus filius, qui et dedicavit, megentibus editis muneribus; et meminere. Xiphilinus et Suetonius. de hoc mirabundus Martialis ranit: vide. Calp. ecl. 7. Libro de Amphit. in Vesp cap. XIX. cap. X in vita Titi cap. VIII. Titi

Barbara Pyramidum sileant miracula Memphis;
Assidius iactet nec Babilona labor. ꝛc.
Omnis Cesareo cedat labor Amphytheatro,
Unum pro cunctis fama loquatur opus.

Est hodie informi forma, tum praeter Gothorum aliorumq. Barbarorum iniurias, tempore Leonis X magna parte dimolita, ad novum Cancellariatum extruendum, et qui Sixtus V. dicitur quoq: hinc voluisse sumere lapides, ad structuram templi Vaticani; sed a Romanis antiquitatis suae monumenta conservari cupientibus impeditus, abstinuit.
Est et alud amphytheatrum quod castrense vocant, sed non tanta magnitudinis aut pulchritudinis, quia prius; maxime ex parte ruinis consumptum id conspicitur, intra portam Naeviam et caelimontanam, membris contiguum, cui modo fabricatum templum S. crucis in Hierusalem, autor Dus mrtly, quemadmod Lipsius putat Tiberium qui castra non procul construxerat.

struxerat. Theatri tantum vnius extant rotunditates, vbi hodie palatium clarissimæ gentis Sabellæ; ab Augusto quodam in honorem Marcelli et autor Suetonius condidit, iuxta quod erat porticus Octaviæ; de hujus dedicatione videndus Plinius, qui et hujus impositam pretatis aedem narrat, ar rium de Suetonius, restauratum per Vespasianum miratur: Est vero in monte Aventino, plurimisq gradibus ascenditur, ad portam hor legitur distichium:

in Aug. cap. XXVIII

hist. Nat. libro VIII capite. XVII. Lib. VII cap XXXVI. in vespas. cap. XX.

Amphiteatra prius mox propugnacula: rursus
Diruta restituit clara Sabella domus.

Statuas hic antiquas undique collectas quam plurimas vidi. Sculpturæ autem opus Romæ mutatur post Syracusas a Marcello captas; sunt hæ et sequuntur: Duodecim Cæs. marmorea item Deorum simulacra ex marmore candidissimo: Bacchi, Apollinis, Mezentij, Martis; Herculis cum Caco pugnantis, Veneris, Cereris, Pomonæ: Hominum vero: Hadriani Imp. Cleopatræ morientis; statua etiam planè feminea sed vestis aliquando virilia ostendit Hermaphroditi arbitrantur; porphyritica virgalis togata, cuius effigies et manus pro designe ex candido marmore restauratæ, cum altera nondum restaurata, manibus, pedibus, capite, mutilata et videbantur fuisse Senatorum Rom; plerique n. Græcorum statuæ mutatæ. Lapis porphyriticus, cum sit durissimus, suus usus sculpendi vel prorsus vel penitus interijt, spectabantur ibidem tumbæ marmoreæ, suis simulacris pulchre ornatæ; quædam etiam elegantioribus.

Plutar. in vit

o huius expressa aptime forma extat Lucid. Mart. lib. VII. 174.

Chrom. dicit peccata in nos genuisse Hermaphrod.

Harum statuarum plurimæ aeneis typis insculptæ videntur, quem et ipsum Marcelli theatrum.

Prope por theatrum olim Tullianum fuit, de quo Livius a Tullio pars in publico carcere facta, vide Festum in Tullianum.

Lib. XXIX. varr. im lat.

In Aventino fuit olim aedes Junonis reginæ, in qua duo signa deæ cupressea, de quibus quædam Livius; habed et ego nummum argenteum Faustinæ cui hat inscriptio IVNONI REGINAE.

Lib XXVII.

Fuit et ædes Minervæ Aventinæ, Livij Andronici donariis celebris, cuius et meminit Ovidius:

Fast. VI.

Caput Aventina Pallas in arce coli.

Libertati ædem in Aventino T. Gracchi pater ex multatitia pecunia sacrandam curavit, dedicantque, in qua Gracchus summi Larcum hostilitatis meritum, Belmenti pro victoria contra pœnos utrosque retrantium deprecati usus.

Livi: lib. 24.

Hodie adhuc in usu nos antiquus ritus olim meminit Martial. rem mutandi vitra contracta pro sulpqure. Lib. Epigr. 98.

Romani in mortibus positam, et romanis cadaveri sublata atq: funeri nō ex: tinis vijs angustissimis semitis sepelit Cicero.

proh aspera cœlum.

XX. pontem

XX. pontem Tarentinum transiui, nunc sixtum, vbi hæc in marmore inscriptio: Xystus IIII Pont. Max. ad vtilitatem populi R. peregrinæque multitudinis ad Iubilæum venturæ, pontem hunc quem merito ruptum vocant, a fundamentis magna cura et impensa restituit, xystumque suo de nomine appellari voluit. Ab altero pontis latere hæc legebatur:

M CCCC LXXV.

Qui transis xysti quarti beneficio Deum roga vt Pont. opt. Max. diu seruet incolumem. Cetera vero obducta lapsu non potui.

Iuxta hunc pontem pont. Sixtus V. nosocomium pro mendicis debilibus et invalidis fecit, ac XV. coron. mill. perpetuo reditu dotauit. Ædes vero tam sunt spectatæ, vt his nulla hominis commodo carent.

XXI In Auentino nomen habente ab Auentino Latinorum rege ibidem sepulto, templa aliqua vidi antiqua, ruinisq. proxima; vbi et ædificium turris instar rotundum, quod Solis fuisse volunt. Aureliano Soli templum fecit, vt tempus vopisc. et Eutropius. sed non ausim id hic affirmare. Sunt et hic antiquæ ædes in Christianum usum translatæ, S. Alexij olim Herculis victoris, non procul a porta Trigemina, quam olim mulieres ingredi non poterant, quem morem Romani etiamnum in plurimis observant vide Georgij fabritij Romam. fuit et alia eiusdem ædis nunc S. Priscæ. S. Sabinæ olim Diana Auentina S. Maria Auentina olim Bonæ Deæ.

Eutrop. lib. 1.
vid. Varr. de ling. latina.
in vita Aurel. libro IX.
vid Eidem Vocl.
fol. 84.

Non procul hinc oppidum Iudæorum, hoc n. Pius V. muro et portis a reliqua urbe clausit, eorum numerus 00 superat, pauci et supellectilem similitudo vendunt, immobilia nulla possident; habent suas nundinas in foro Agonali.

Hinc per forum Iudæorum ad piscarium perrenimus; vbi ipsi opifices plerique habitant, vbi templum D. Angeli in pescaria Bulyto olim Mercurio attributum, a Seuero dedicatum, et instauratum, et habet vestibuli marmoreo inscriptio; et adhuc cum porticu satis integrum, tum per viam satis longam ad forum dei campum Floræ, in quo heretici comburuntur, et famuli conductores dominos quærunt, olim maior, nunc domibus hinc inde occupatur, et pars fori duralo diuitur, la grace dicitur, in quo duo vasa marmorea colore serpentino, ex balneorum usu translata. Ædes hic habet amplissimas

vid. Angel. Roccam tom. XII. Bibl. Vat.

Non expellendo probat Osorius rer. Indic. 1.

Paulus IV. instituit et crocei coloris pileo vti iussit ad Christi differentiam

mas

mab nondum tamen perfectab Alexander Farnesius Card. et Vicecancellarius, ex lapide Tyburtino et marmore summe pulcritudinis, et sumptubus immensis, sunt quadrata forma, et typis excusa habentur. magno antiquitatis thesauro reperta; ibi n. quicquid antiquitatis Paul. III collegerat conservatur. Sunt in porticu inferiori Hercules duo, ex Graecorum officina, summa artis, autore Glycone Atheniensi, quod nomen clare insculptum legitur. sunt. Commodi marmoris duo nudi, unus puerum a scorpione manibus tenens, alter pugionem. et Dea florum. reliquae statuae non orbes patent, inter quas historia sine fabula Dirces Tauro alligatae, a filijs Antiopes. Zetho et Amphione: cuius in hoc verba meminit Plinius: Zetus et Amphion et Dirce et taurus vinculumque ex eodem lapide a Rhodo adiecta, opera Apollonij et Tauriscci. Fasti quoq. capitolini ab Alexandro Farnesio e foro eruti, de quibus epigramma non indoctum Flaminij: vidi et ego Bases marmoreas Graecis Latinisq: epigrammatis, titulisque notatas, ex quibus haec notani:

Has Paul III ante pontificatu architecto Ant. San-Gallo inchoaverat, teste omphr: in eius vita.

vide Smet: inscr. fol. 24

ΤΑΥΚΩΝ
ΑΘΗΝΑΙΟΣ.
ΕΠΟΙΕΙ.

Apollod. lib. III. Biblioth.

Nat. hist. lib. XXXVI. c. V.

vid. Smet. inscrip: 50. fol.

PACI AETERNAE
DOMVS
IMP. VESPASIANI
CAESARIS AVG
LIBERORVMQ. EIVS

VICTORIAE
IMP. CAES. VESPASIANI
AVGVSTI
SACRVM
TRIB. SVC. CORP. IVLIANI
C. IVLIVS HERMES MENSOR
BIS HON INCVRAT. FVNCTVS ET NOMINE
C. IVLII REGILLI FIL DE SVO FECIT
CVI POP. EIVS CORPORIS IMMVNITATEM.
SEX CENTVRIARVM DECREVIT.

fol. LII. Smet.

FORTVNAE REDVCI
DOMVS AVGVSTAE
SACRVM
TRIB SVC CORP FOEDERAT. &c.

eodem in loco est Archicancellariatus cum aedo D. Laurentij in Damaso, quae iam restauratur a Farnesio, ubi et forum ornandis statuis repertum. ubi ad domum angularem hoc legitur de hac ampliatio inscriptio: Alexander VI Pont. Max. post restitutam Hadriani molem has vias latiores

A Raphaele Riario hic aedis condita et in templo sepult. A°. 1521. epit. Petri Marli

fecit

fecit. Anno M. CCCC. LXXXXVII. Hinc ad forum Agonale perueni amplum, formamque circorum egregie expri mit; habet duos fontes marmoreis ornamentis Lympi dissimos, et templum D Iacobi, cum hospitali Hispanorum; hi fontes restaurati anno IV pontificatus Pij IV; A° vero Christi CC IO LXIII deducta in urbem aqua alonia quam quida Alsietina alij Apprā credunt. vt Fizutij addictum ad Martianum. lib IV. 22. v. de Mirac. lib. 8. cap. 8

XXII. E campo Flora ad pontem Aelium festinando, plateam Iuliam transeundo perlustrauimus, vbi ad pontem xystum xenodochium fieri curat Sixtus V, vbi pauperes ou grandis alantur, et rectis operibus exercentur pro membrorum et valetudinis qualitate; nemini n. mendicare licet. vt et collegium et templum Anglorum. item carceres Sabellianum, cuius meminit Bosartus hoc versu:

Et quotquot duri vinxit domus alta Sauelli

Epist. lib II. ad Amic.

templum arcgiuonfratdeutatis mortis; plurima etiam alia aedificia et templa; et non procul a ponte triumphali, fundamenta magentis aedificij, in quo ex Iulijs pp. omnes votarios urbis Romae includere destinasse videt, sed morte impeditum opus. Huic vicinum palatium a Cosmo Medicco exaedificatum, vbi pictura, Io. Medicis gesta militaria respiciens, addito hoc elogio: Militiae parens, qui pro libertate et gloria Italiae aduersus Germanos animum effauit. tum ad pontem Anglicum peruenitur, locum sibi sepulchro destinatum, et ab utroque latere statuas marmoreas DD Petri et Pauli scriptas hoc elogio:

HINC HUMILIBUS VENIA	Vt religio loci
Clemens VII Pont.	consecraretur,
Max. Anno M D.	Duobus sacellis
XXXIII. Pontif. X.	vi bellica et
Diuis PETRO ET PAULO	fluminis diruti
Urbis patronis	Statuas P. C.

Inde per plateam Banco vocant. vbi notarij et collibistae summularij habitant; hic occurrit templum Iuliani et Celsi, sequitur pezione, vbi publicorum instrumentorum factorum et notarij plurimi habitant. hic locus quem vocant montem Iordani, a nobilissima Orsinorum Familiarum et ibi palatium vbi Paulus Iordanus iampridem mortuus Pataui, dicitur habitasse. habet hic aedes suas Cardinal Iocosus Gallus, apud quem est. Leoncinetus Card. Gallus. hic olim fuit villa publica.

postha-

postea phryguum qui aru pmgunt offirma; et tem
pla varia, inter quae Apollini Germanorum, ubi et
habent suum collegium; et templum cum canobio Au
gustini, ubi sepulcrum Monicae matris et fertur D.
Augustini, cum hoc epitaphio: vide Durandi Martiral. fol. 52.

Hic Augustini sanctam venerare parentem,
votaque fer tumulo quo iacet illa sacro
Quae quondam grato toti nunc Monyca mundo
Succurit precibus prestat opemque suis.

vide August. lib. ix. confess. capp. x. xi. 8.

hoc templum tempore Sixti 4. a Guil. Salentobilla Card. Ostiensi extructi

Abidem mero in marmore aureis literis est canotaphium Onu
phrij Panuinij, viri in omni antiquitate doctissimi, cum Phygie,
Inscriptio est in libris meis Epitaphiorum.
Est iuxta Guilielmi Durandi hic sepulcrum cum epitaphio:
Ad dextrum flectenti latus est templum D. Mariae animarum,
cum hospitali Teutonicorum; in eoro sunt sepulcra Adri
ani VI Ultraiectensis, Pont. Max. ex marmore, cum simula
cro et typis Syrusum habito, quod Encofortius Dertho
nensis episcopus et Card. Amicus ab eo creatus Bel
ga, gratitudinis ergo fieri curavit, hoc addito plina
no elogio: Heu quantum refert in quae tempora virtus
cuiusque incidat! hic ex D. Petro translatum occupa
obijt anno II pont. annum ingressus. Cardinalis vero Guil.
Encofortius, qui et Ep. Ultraiectensis post Henricum Ba
uarum LIX. sepulcrum ad dextrum aeq summo sibi posuit
Adriani oppositum, et totum quoq: marmoreum sepul
crum Carolii Ducis Guilielmi Clivensis filij, qui summo
Gregorij XIII et multorum Rom. dolore obijt Romae
de nuno peregrinationis morbo et obitu amplus Ste.
vinand. Pighius. Curam hospitalis hospitalis quinq sa
cerdot. Belga, qui et sacra celebrant. lutheri.
Germanis quorum iam plurima defert triduum mundi,
vino, pane, et lecto gaudere. Aliquo condictum ynoro,
quamvis multa Hadrianum nostrum addidisse constet,
Germanum tamen conditorem sarlie agnoni, et teu
tonicis Rutenis supra portam lapidi mersis.
Contiguum est templum pulcherrimum, multis mar
moreis sepulcris ornatissimum, a Xysto IIII pontifice D.
virgini Dnsq: sacri dicatum.
Tum templum D. Ludovici Francorum pulcherrimum,
vetustum: palatium Legati Francii, ubi et pessimba
zia epitaphia quae ap: Schradenum extant.

De hac prodic.

hic sepult. Val. Cordo. Bart. Sadolet. et Georg: Sacromanus. vid N. Cytr.

vide quoq: Thermogarum institutiones quae vocant Monte del pietà. conc. Trid. sess. 22.

Gewalt, gelt und gunst bricht recht, treu und kunst.

Non pro

Non procul hinc statua mutilata marmoreaque, mestro ay Martis olim aut Romuli, certe est armata, nunc Pasquinum vocant: hinque solent probrosa carmina famosique libelli affigi, qui hinc pasquilli vulgo dicuntur. Hieronimus Ferrius in supplemento ad Martianum dicit, quosdam credere gladiatorum aut militis ruinam esse simulacrum fieri voluisse, do n. ipsu' spectatur, et ex marmoreo fragmento ruit, unstatu alio admirasse. Nonnullos vero credere, idem putat, esse simulacrum unius ex duribus Alexandri Magni, nominatim Pasquini; in tantum quidam se torquent in nugis, ut quidquam ignorasse videantur. Videtur vero idem testatur cum aedibus ipsis hic loco dictis, dum ab hinc annis, quando Franciscus Ursinus Urbis praefectus et ex epigrammate in ostij superstitio legitur, hic diu fuit curavit. Refert Somius, quod cum Adrianum vi pontifex versus Latini hinc affixi laceraverint; illae volunse in Tybrim deiecit. Inde ad stolas Romanas Sapientiam vocant, a Gregorio mupte XIII, et nunc Sixto V. restauratas, ubi omnium artium praelectiones quotidie fieri solent. Gymnasium Romanum Leo X instauravit, artibus undique praestantissimis professoribus; Augustino Nipho philosopho, Castophoro Aretino medico, Hieronimo Butigella Jc, Lano Parrhasio, Basilio Apondile Graecarum hic, ille Latinarum literarum professore.

Ex hoc prodiere docti viri: Virginius de Boccatijs Jc, Guilhelmus Hispanus med: Salustius Salutiatus med: Jul. Caesar Stella poeta. Nicol. Valla, Paul. de Roma Augustiniang, Leonardus Fortius Jc scrips. de re mil; Lud. Pontanus Jc, Horatius Mandosius Jc; Marius Salomon Albertisius Jc, Thadaeus Rom.

Imagines vero Latin. inclinante imp. in pretio habiti rapta a Trapezunt. Justin contractus à tabellarijs ex Pro Sermone quo nuc obtuse perscribebatur.

XXIII. visuntur pellustratumque in pulcherrimum integerrimumque ex antiquitate opus; Templum olim multi Deorum Cybeli consecratum, quod hodie propter circularem formam, S. Mariae Rotundae nomen possidet, D. Virgini et omnibus Sanctis a Bonifacio III dicatum. Tumulus quoq. Victori, Martii, et Venezi Rom. conditoris sacratum fuisse videtur. A M. olim Agrippa conditum et inscriptio vestibuli talis:

M. AGRIPPA L. F. COS TERTIVM FECIT.

indicat; restauratum, ipse Septimium Severum et Aurelium Antoninum, et haec indicat semirasa inscriptio:

IMP.

in vita Adriani

Forner. in Rohis ad Calsid. lib. 10 p. 7.

Plin lib. XXXIII c. III. Lib. XXXIX. c. XIX. vid. fast Rom. lib. VI.

IMP· CAES· L· SEPTIMIVS SEVERVS PIVS, PERSICVS ARABICVS BRITTANNICVS PARTHICVS [illegible] PONT· MAX· TR· POT· XII COS [illegible] PP· PROCOS·

IMP CAESAR M AVRELIVS ANTONINVS PIVS FELIX AVG COS P [illegible] ANT [illegible] VETVSTATE [illegible] CVLTV RESTAVRARVNT·

vide integrum inscript. ap. Murat. pag. 5 fol. 5

Tegulas aereas deauratas Constant· III Imp· detractas, cum orbis foro aeris ac marmoreis statuis ad ornatum urbis pertinentibus, navi impositas abstulit: vt Paulus Diacon. auctor est: Qui autem vt referunt Blondus et Platina plus octo millibus ornamenti Romae detraxit, quam Barbari totis duecentis quinquaginta octo annis; ruinae etiam meminit Martinus; Restituerat Nicolaus V Pont: et Innocentius VIII. est. nunc altum ped. CXLIV, totidem latum, Contignationes aereis trabibus canalium modo compactae, ped. XL; vt testis est Baptist. Leo. Valvae item ingentes ex aere Corinthiaco; Lithostratum variis marmoribus, area duae maximae marmoreae sive marmoratae. nullam habet fenestram, sed lumen recipit per superiorem foramen, quod est in medio tecti, ad quod XL gradibus plumbeis ascenditur. vide Georg. Fab. quare tempore aestivo valde frigidum, et tanta vastae, parietes olim marmore incrustati, nunc latericii, aedium tamen adhuc ex marmore, in quibus statuae Deorum olim locatae videntur; inter quas Pallas eburnea opus phidiae; et Venus aurea, ornata omnium illa notissima Cleopatra, cuius meminisse videtur Dionis abbreviator, cum dicat, Augustum post victoriam Actiacam Romam reversum, ornamenta Cleopatrae in templo posuisse, et amplius plinius maior; qui refert, quam omnem unicum fuisse Naturae miraculum. Habet nunc varia sepulcra et epitaphia; vt Taddei Zuccari pictoris excellentis, et Raphaelis Santij Urbinatis, quorum epitaph. in meis lib. epitaphi: Ad aram cum statua B. Virginis et infantis Jesu, et epitaphium Mariae Bibiemae Anton. F. Raphaelis sponsae, quae virgo dicitur contineri Epitaphio, obiit. Sunt et alia: Bartholomei Baronini architecti aliorum, cum simulacro marmoreo; Rufinorum item, Marij port. Melpomit, et Aurelij, et Alexandri. porticus olim XVI habuit columnas, quarum adhuc XIII summae crassitudinis marmoreae extant; meminit earum Martialis lib. IV epigr. XVIII. qui ubi viam ad hortos suos demonstrat, plura urbis loca describit L. I. ep. 144.

Lib. XVIII in Cenf.

Lib. IX Dec. I. in Vitalianus.

in vrbe Rom.

Lib. VIII

vide epit. Raphael. ap. Balt. Castel. Ad carm. N. CH. vel. cal. colleg. ep. 17.

Qua

Qua vicina fluit vipsanis porta columnis.

Templi quod forma aedis circumfertur typis, et est in numismatibus antiquis apud Caulaeum; qui Romanorum veterum religionum studiose praestantatur ex nummis, et antiquis monimentis. In area quod templi, quae fodiebatur forum, est labrum porphyriticum; et duae sphinges ex ophite, quae ex Aegypto translatae videntur, ex litteris parvis suis hieroglyphicis quibus notantur: cur vero olim sphinges ante templa, explicant in emblematibus Junius; nunc Sixtus Pont. ad restaurationem aquae ductus veteris non procul a thermis Diocletianis cuius: usum transtulit: pictura labri est apud Caulaeum de Balneis antiquis.

Vide Becanum Hieroglyphicum libro VI, et Hieroglyphica

Emb. XIII.

Extant quin adhuc reliquae Thermarum Agrippinarum retro pantheon; quarum usum populo perlarum gratis restituit, teste Dione; ubi fons lavandarum vestium destinatus.

in Augusto

Vicina sunt aedes Mapheorum, iam restauratae, habitatae ab episcopo Patavino et Card.; ubi bases marmoreae quamplurimae in via, nostro aevo monetae inventae. ex quibus duas hic distrixi inscriptiones:

Smet. 96.

ΤΙΒΕΡΙΩΙ ΚΛΑΥΔΙΩΙ
ΚΟΥΙΡΕΙΝΑΙ
ΜΕΝΕΚΡΑΤΕΙ ΙΑΤΡΩΙ
ΚΑΙΣΑΡΙ ΚΑΙ [illegible]
ΛΟΓΙΚΗΣ ΕΝΑΡΓΟΥΣ
ΙΑΤΡΙΚΗΣ ΚΤΕΤΗΙΕΜ
ΒΙΒΛΙΟΙΣ ΡΝΗ ΛΙΩΝ
ΕΤΕΙΜΗΘΗ ΥΠΟ ΤΟΝ ΕΝ
ΛΟΓΙΜΩΝ ΠΟΛΕΩΝ ΨΗΦΙΣ
ΜΑΣΙΝΕΝΤΕΛΕ ΖΩΟΙ ΓΝΟΡΙΜΟΣ
ΤΩΙ ΕΑΥΤΟΝ ΧΙΡΕ
ΣΙΑΡΧΗΙ ΤΟΗΡΩΝ.

PRAESENTIBVS
IVVENIO CORNELIANO ET
ET IVLIO FELICISSIMO
D NERONIS
QVINQVENNALIB.
CLAVDIO QVINTILIANO ET
PLVTIO AQVILINO
CVRATORIB.
AELIO AVGVSTALE ET
ANTONIO VITALE ET
CLAVDIO CRISPO.

IOVI O. M.
ET DEAE SVRIAE
ET GENIO VENALITIO
C GRANIVS HILARVS
CVM LISSIA SABINA
V. V.

excerpt. illud Lips. 32. auctuarij paullo tū alite

Sortiaphia quae nullo ordine collegit Nathan Chytraeus. Eleo. Honorae Quintezine. Alex. Pavonij. Demetrij Cabarij Rhalli, Nic. Sudorij mus. Jac. Monteronis. Guid. pisani, Eduardi Carni, Io. Jean. poggij Andr. de Castro.

XXIV.

XXIV Ingressus templum D. Mariae ad Minervam dominicano
rum collegio celebre plura notani epitaphia: olim hic
minerva fanum exstitisse, et nomen, et colliquae, tum
veterum monimenta probant; in quo breviarum ritum
in oriente a Pompeio gestarum, de quo vid. Plinium maiorem:
apud Dionis abbreviatorem hae legunturi; consul nos convocat
in templum Minervae, quod nomen traxit ab exercitatione eorum
qui in eo erudiuntur. Pompeius vero ex manibus vetiranis
in eo templo Calixtus III Borgia sepultus tiste platina; et
eorum legi epitaphia, vidi sepulcra;

lib. nat. hist. XXVI cap. lib. VII. in Iuliano

Anastasii de Pesatis, cum simulacro;
Francisci Mazzi, cum mortuorum effigie;
Antonii Carafella cohortium praefecti;
Lactantii Nonnionii Pisani,
Petrusalui Neronis F. Florentini equitis, cuius meminit Facius lib. x.
Ioannis Guillini Pisani,
Bernardi Nicolini Florentini, cum simulacro.
Antonii Castaionis;
Hieronimi Butigellae Sc. Parmens. cum effigie;
Hieronimi Cane cum effigie;
Benedicti Chaza Veronens.;
Francisci Tornaboni Florentini;
Vincentii Macaroni Rom. cum effigie;
Cherubini Bonami;
Portiorum familiae. Ant. Francis. et Iulii, cuius hoc carmen in
scriptum dysticum: Patria Roma fuit, gens Portia, nomen Iulus,
Mars puerum instituit, Mars puerum cepit.
et hoc: Augustinus Maphaeus Plumbiarii fisci III vir, aliisque
honoribus egregie functus, bonarum litterarum custos, in quo
fortunae non defuit virtus, heic situs est. vix. Am LXV. M. D.
XXV. cuius nisi fallor meminit Polit. in epistol.

vid. Iovium lib. 1. Leon. x.

Paulo Manutio Aldi F.
Aldus filius, ex test.
F. C.
Natus pridie id Iunii CIↃ. IↃ. XIII.
Ob. IIX id April. M. D. LXXIV

Videtur hic consenari porta praesepe Christi. Sequitur arcus
Gordiani, quem restio ay alii Camelli putant. Primum hic
hic templum S. Stephani in caro, ubi olim antrum Cacus fuisse
volunt, cuius Ovid. et Virgil. meminere, nunc restaurata datur
sunt qui dubitant ay et S. Maria in Cerere. Sed ego hoc
alijs solemnio disputandum, cum mihi tantum oty in urbe
Roma non fuerit. Non procul ab arcu, qui est iuxta mar
moreum mycenis, colossae alicuius et videtur statuae

Fastor. lib. 1.

Simile.

Deinde ad collegium Romanum nonum peruenimus, et primo ad templum Jesuitarum pulcherrimum, totum, ex lapide Tiburtino, opera et impensis Alexandri Farnesij Card, qui huic mundum manum imposuit ultimum, sibi quoque legebatur in frontispitio inscriptio:

ALEXANDER FARNESIVS CARD · S · R · E · vicecancellarius, Pauli III pont · Max: nepos, cuius authoritate societas Jesu recepta primum fuit, et decretis amplissimis ornata, templum hoc suae monumentum et religionis et perpetuae in eum ordinem voluntatis, de fundamentis extruxit, Anno Jubilei M D LXXV.

Sunt Jesuitae duplicis generis Theatini a Petro Theatino ipso Caraffa qui Paulus IV. Pont, et Farnesiani a paulo ante III approbati.

Hic olim templum fuit Jouis capitolini, in quo ara Victoriae, ruinis nunc manum: Hymnarque ibi erat: pro dyis Gentil. Nunc vero est templum D. Mariae in ara coeli coratum.



Haec delineatio capitolij est hodierna, cui in parte dextra huius templi ara coeli dictum, nondum est absoluta, quemadmodum in libellis Marliani Ao 1588. auctis quaeundam rerum memorabilium theatrorum, et publicae spectatae, cum operi maximo conueniat.

XXV. per viam conseruatorum ad capitolium perimus, a barbaris disiectum, nunc restauratum, olim cuiusdam Tarpeia; nomen Livio, Plutarcho, aliisque Romanae rei scriptoribus notum, et ab Arnobio Euphratum; Pyrrhus Tarquinius imperauit, regni sui XXXVII anno; sub Nulla conflagrauit fortuito et ignoto incendio, anno quadringentesimo postquam fuerat conditu, eandem fortunam sub vitellio tulit; restauratumque gentilitio marmore, per Domitianum fuit. Sub Tarcto iterum restauratum autor Vossius:

vide Varr. de linguâ latinâ lib IV.
Eutrop. lib I.
Lib VI. vid. Cant. Var. c. XI.
Appian. bel. ciuil. I.
vid. Tac. lib 19. et 20.

Asceditur aliquot gradibus, ad dextrum, utrimque statuae marmoreae virorum, quod durentium, castoris et pollucis putant, in basi addita haec inscriptio:

S · P · Q · R

Simulacra eorum ruderibus in theatro Pompeio egestis reperta, restituit et in capitolium posuit.

In area medio, ubi olim asylum fuisse existimant statua equestris aenea deaurata M. Antonij vel Aurelij ut videtur insignis

vid. Plin. pol. fat.

insignib; quam Sixtus IV Pont. in area Lateranensi ex antiquitatis reliquiis erexerat, ubi basis marmorea cum titulo; in hunc vero locum iussu Pauli III translata. Est in eadem area statua Minervae marmorea, cum notata epigrammate:

S P Q R

Signum Minervae de parietinis urbis eruta et in capitolium Paul. III Pont. Max. translatum, in illustriori area loco Greg. XVII P. M. posuit ac restituit. Octavio Guidotto et Io. Bapt. Altonita Coss.

Utrinque adiacent simulacra marmorea Tyberis et Nili. In ipso vero capitolii aedificio, sunt varia statuae antiquae; inter quas una Mariae togata, cum cum cum titulo S P Q R. MARIS VII Cos. praeterea Flora, Hadriani, Vitellianae, et Colossi marmorei, a quo forteau Amphitheatrum Vitellianum nomen mutuatur, digiti pedis sunt longitudine pedis cum dimidio, monstrabaturque caput integrum summae magnitudinis, quem et caetera alterum. Tum in pila marmorea haec legi inscriptionem:

OSSA

AGRIPPINAE M. AGRIPPAE F.
DIVI AVGVSTI NEPTIS,
VXORIS
GERMANICI CAESARIS
MATRIS C. CAESARIS AVG.
GERMANICI PRINCIPIS.

Smet. fol. 49. qui et Germanici eadem forma exhibet.

Tres verentior. inscriptionis Cap. habet Gyraldus.

Sunt et antiquissima monumenta trophei victoriae navalis C. Duellij contra Poenos; quae victoria contigit anno V Belli poenici primi, cui tum dat collega Cornelius Asina, vel autores sunt Eutropius, et Plinius.

inscript. dat Lipsi in auct. ad Smet.

Lib. 2. de viris illust.

Item canis Lupa, Lactantiaque Romulus et Remus. Lex etiam legis in aere; praeterea antiqua tabula marmorea quae sic inscribitur: IMPERATORE CAESARE AVGVSTO P. HELVIO PERTINACE II COS ORDO CORPORATORVM LENVNCVLARIORVM, TABVLARIORVM AVXILIARIORVM OSTIENSIVM. ꝛc.

Et statuae Junonis, et Veneris, ac Deae Veneris Larvarum tonentis, tum Constantini triumphantis.

In aula Capitolina sunt Pontificum quorundam statuae positae, et marmorea Pauli III Pont. cum elogio:

PAVLO III PP. MAX.

Quod eius ipsu auspitijs atque aere conlato urbem situ et diverticulis viarum deformem, atq: imperita, directis moleq: positis aedificijs in meliorem formam redegerit, vijs, areisque cum veteribus.

veteribus directis et ampliatis, tum nouis constitutis auxerint ornauerintq: Latinus Iuuenalis Marmectus, Hieronimus Maphaeus cur. viar. urbe instaurata officij et memoriae ergo statuam in capitolio opt. Pont. pos. Anno Christi M. D. XLIII.

Inde ad statuam marmoream apud Pauli Olmerij, haec legebantur:

Gregorio XIII. Pont. Max.
opt. principi.
Hugoni Boncompagno Bononiensi, qui per Rom. magistratus, et ecclesiasticas dignitates, iustitiam et pietatem colens, ad pont. sedem enectus, ruinosam rempublicam Christ. summa prudent. et charitate moderatur: S. P. Q. R.

aliam inscriptionem habet Ant. Lanzel. in eius vita.

GREGOR.
Ob farina vectigal sublatum, urbem templis et operibus magnificentis exornatam, IIS octingenties singulari beneficentia in egenos distributum.

Ad Leonis X item marmoream hoc additum est elogium
Optimo principi Leoni X med. Joan. Pont. Max. ved. magist.
Ob restitutam instauratamq: urbem aucta sacra, bonasq. artes, ascitos patres, sublatum vectigal, datumq: congiarium. S. P. Q. R.
D.

Ad aeneum Sixti V. simulacrum haec leguntur:
Sixto V. Pont. Max. ob quietem publicam compressa sicariorum exulumq: licentia, restitutam, annona mopiam sublevatam, urbem aedificijs, viis, aquaeductu illustratam S. P. Q. R.

Sequitur hinc statua antiquior Caroli Siculi regis, qui olim Senator urbis a Clemente IV. Pp. declaratus, et Hierosolymorum ac utriusque Siciliae rex, cum fugisset Andegavia romis et Lud. Francorum regis consobrinus, et oxit. anno cir. ∞ cc Lx, trium et viginti gestas conscripsit, Blond. Platina, ad quem qi versiculi leguntur restauratam:

Deo. II. lib. VIII. in clem. IV.

Ille ego praeclari tuleram qui sceptra senatus
Rex Siculis Carolus iura dedi populis:
Obrutus heu iacui saxis fumoq: dederunt
Hunc tua conspicuum tempora Sixte locum.
Hac me Tuscanus posuit Matheus in aula,
Et patriae et gentis gloria magna suae:
Is decorat et populus post me bona iura Senator,
Insignis titulis dotibus atque animi.

Ad sextum Capitolij est templum olim Iouis Feretrij sive Capitolini, quod condidit Superbus, Suet. Sueton. autor est Augustus.

Iouis

Suet. in Oct. c. XVIII. et in Vit. XV. in Vef. IX.

Jovi Tonanti in Capitolio aedem fecisse; illudque restaurari per Vitellianos milites, et Vespasianum restauratum scribat; in quo ara victoriae, tamen meminit Symmachus oratione pro gentilium religione, et Prudent. ac Ambrosius in Eius refutatione; nunc vero restauratum, et Franciscanis fratribus concessum, doratusque ara recli, sque pulcherrimum, ad quod ex platea conservatorum centum pluribus gradibus marmoreis, ex Curiam et reditur templo transitis, ascenditur: In Sepulcrum marmoreum, in quo per sepulcra, Epitaphiaque

Natal. Cyprr. dat epit. pozzi Ozzoni Florent. Cypbar. et Camilli Ursini Mampellae, Lari natum ex Ezegulae.

Rodulphi Cazzorum principis et Card. cui Pius V monimenta hoc posuit. vix. ann. LXIIII. Nat. M D. VIII. ob. M D. LXIIII VI. N. Mai. et Cecilia Ursina Alberti pij Cazzorum principis uxoris, Quae obijt anno aetat. LXXXII.

Sunt ibidem ad templi parietes duae statuae marmoreae, Constantini Imp. et fragmenta Leonis Equum dedicatis.

Retro capitolium, si ad forum Boarium respiciat, lorum est, ubi olim Curtius, de quo varia opinionis; et Varro de lingua latina quarto, tres inter se pugnantes, postrema, qui in loco defossus fuerit, et ob id ex S. Cosmo Haruspices, relatum de responsum deum manium; postulare de tribus fortissimum devotum, tum Curtium genere armatum ascendisse equum, et in eo praecipitatum quem sequuntur Festus, Livius, Valer. Maximus, tradidit. Risumis in annalibus habentibus, Sabino bello quod fuit Romulo et Tatio, virum fortissimum Metium Curtium Sabinum Romulus cum suis et superiore parte vineae impressione fecisset, Curtius in lorum palustrem, qui tum fuit in foro antequam cloaca sint facta perlapsus, atque ad suos in capitolium se recepisse, ab eo Lacum inundisse nomen. Cornelij et Lucci, qui stratum colligit, cum lorum fulguratum esset, et ex sacro septum, ipsa consule Curtio cui Marcus Genutus filius collega, ab eo equo Curtium appellatum. vid. plutarch. in Romulo. In area Capitolina antea intra templum arx recli, tempore Georg. Fabritij visit sepulcrum Blondi Flaviorum epitaphio; Vallarum vero est in templo Sanctorum Nicolai, Bartolomaei, petri, philippi, Andreae, item fand Bi Burrabellae poetae, Lud. Orati Margani Matheomatici, Sozagini Odusti philosophi, Manilij Britannicij, Fatorum praesij.

Sunt in Capitolio adhuc statuae praeter iam dictas, ensis duo stantis primi habitus, et sedentis, turnato corpore e planta pedis spina eluellitis.

In desen

In defensu Capitolij carcer Romanus, hodie crypta S. Petri in carcere, ubi SS. Petrum et paulum fuisse marmoratos narrant: et antem ad podem capitolij cum hodie sit carcer in ipso capitolio; in vestibulo legebatur. C. VLBIVS C.F. RVFINVS. M. COCCEIVS : : COSS EX S C. M. F. NERVA Smet. mscr. fol. XII

puto primum hunc et unicum olim carcerem Romanum, de quo Satyricus: Felicia dicas Iuven. sat. III.

Secula, quae quondam sub regibus atque Tribunis
Viderant uno contentam carcere Romam.

Sub capitolio extant plurimae columnae marmoreae, ubi olim porticus et templum Concordiae, teste Appiano; post C. Gracchi necem Senatus sibi in foro aedem concordiae erigi mandavit, Tiberius quoque: Caesar hunc concordiae aedem dedicasse scribitur. Plutarchus vero autor est Camillum post reconciliationem plebis cum patribus, ex voto Concordiae templum posuisse, et Livius bello punico secundo duumviros creatos narrat, ad aedem concordiae in arce faciendam, quam L. Manlius praetor in bellica vovisset, cuius meminit saepius Cicero in orat. alterius vero cum sunt VIII illae columnae, non: pul. ij et et gaur mscrip. SENATVS. POPVLVSQVE ROM. INCENDIO CONSVMPTVM RESTITVIT. Bellor. civil. I. Suet. in Tib. c. 21. Liv. 22. vid. Smet. fol. 6.

Hunc inter capitolium et Palatinum, forum extruxit Romanum, in quo ad capitolij radices Arcus Septimij Severi Imp. memorandus; cuius forma cum inscriptione sere integra extat: hunc adornarunt varia marmora, inscriptionibus notata, ex quib: excerpsi seq: vide Modium in R. Triumph: Tom. I. lib. capp. 27. 28. 29. 30. et sequent. de omnib: vid. Smet. mscr. f. X.

x De fragmento columnae a C. Duillio posita vide lips. ant. 2. cap. 14.

RESTAVRATORI
VRBIS ROMAE ADQVE
ORBIS ET EXTINCTORI
PESTIFERAE TYRANNIDIS
D. N. FL. FVL. CONSTANTIO
VICTORI ET TRIVMPATORI
SEMPER AVGVSTO
NERATIVS CERELLVS V.C.
PRAEFECTVS.

Smet. fol. 57

De schola capitolina vide tit. 18. cod. lib. XI.

NERATIVS
CEREALIS V C
CONS ORD.

CONDITOR
BALNEARVM
CENSVIT

DEO HERCVLI INVICTO

In capitolio

C. IVLIVS POMPONIVS
PVDENS
SEVERIANVS
V C PRAEF VRB.

Smet.

In foro

In foro quoq. olim conspiciebatur, templum Castoris et Pollucis a Tiberio suo fratrisque nomine de manubijs dedicatum, quod demolitus est Caligula; hos statuas cast. constituit.

Suet. cap. 21. xiphilin. Suet. in Ner. 32.

Fuit et huic vicinum templum Iovis possessoris, in quo Bibulus ab emiris deductus, propter dni Caesarianorum.

Appian. bel. civil. lib. 2.

Templum Augusti, quod inscriptum a Tiberio perfecit Caius, in Iza palatinum et capitolinum montes fuisse videtur; cum Suetonius autor est, Caium super templum D. Augusti ponte transmisso palatium capitoliumque coniunxisse, cum dicuntur hodie quae extant columnae marmoreae.

Suet. cap. 20 et 21.

Vicinum Romano fuit forum Caesaris, a Iulio Caesare de manubijs inchoatum, cuius area constitit supra HS millies, in quo porticus et templum D. Antonini et Faustinae, hodie S. Laurentij in miranda, iuxta quod olim arcus Fabianus, cuius meminit Treb. Pollio, fuit. Ante porticum vero fuit turris rotunda, quam putant palladis fuisse aedem, quae a Paulo III Pontifice demolita.

Suet. in Iul. cap. 26. App. libb. 2. et 3. vide Marlian. lib. 3. In Galien. salon.

Non procul hinc nostro ay in foro Romano, templum a tegmine, rotundum, valvis aereis; quod reddunt fuisse Saturni, in quo aerarium instituit Publicola; condidit hoc L. Munac Plancus de manubijs, vt est inscriptio Caietana: L. MVNATIVS PL. F. L. N. L. PRON. PLANCVS V. COS. CENS. IMP. ITERVM VIIVIR. EPVL. TRIVMPH. EX RHOETIS AEDEM SATVRNI F. DE MANVBIIS. &c. Hic censores olim murare mos; increscunt fuit; meminit huius Suetonius in claudio, qui turam aerario Saturno reddidit; idem in othone, aedem saturni in foro et scribit. Igitur in antiquis monumentis, si quis aut testamenta corrupisset, aut violasset sepulcra, multa inferret aerario populi Romani, aut Aerario Saturni, quin et acta et susceptis liberis parentis parebant, in eo conservabantur. Iam omnium ferme Rom. nota. Aerarij et magistratus, et praefectus aerario, curatores aerarij, scribae aerarij, questores item et Tribuni. Saturnus n. quia et alij tamen volant, primus aerum nummum ferit, vide Canterum. Apud Romanos Siro Sextius primus aes signavit, vid. Lips. Hodie voratur templum D. Hadriani in tribus foris: platina ab Honorio primo pont. Rom: hoc templum aedificatum scribit, in sellquijs veteribus notis scriptum reddo: Livius A. Sempronio et M. Minutio Coss. ait id dedicatum, a planco vero restitutum; vide Sex. pomp. et plutarch. in problem. et Macrobium, Cyprianum, Ciceronem &c.

Plutar. in eius vit. Appian. lib. 1 cap. V. Eutrop. lib. 1. In frag. Athen. Dipn. lib. 15. Macrob. satur. III. var. lib. 2. c. 23. De re pecun. Rom. c. 1.

TEMPLV



Non procul a Saturni æde versus ædium capitolinum, sunt tres columnæ marmoreæ, ubi fuisse reditus templum Veneris genitricis; in quo mi fullor aureæ cleopatræ effigies fuit; de pictura quinq; templi multa plinius[a] Fuit et per ædes Veneris capitolinæ, cuius meminit Suetonius in caligula, et Galba; Liuius lib. XXIX.[b]

His duobus foris tertium addidit Augustus, Suetonio teste. De tribus foris qui Martialis: lib. V. epigram. LXXXVIII.

Atque erit in triplici par mihi nemo foro.

Contiguum et Palatinum, quod vulgo maius vocant, fabilis multis celebratum; opus, et quod miserant cuiusq; stupendum, vixque humani ingenii. Et nomine Palatii sic Dionis abbreuiator: Porro regia palatia appellantur, non quod sint ita casu aut fortuito commenta, sed quod Cæsar habitabat in palatio, ubi et Romulus domum habuit et in palatio templum Apollinis fecit Augustus, cuius meminit index Antycizanus, qui extat apud Andream Segottum in notatis in Aurel. Victorem, ab æternâ oblivione per cl. virum Aug. Gislen. Busbequium redemptus: TEMPLVMQVE APOLLINIS IN PALATIO ET PORTICVS, addidit n. aulam cum porticu, et Bibliothecam famosissimam, quam Gregorius V. pontifex diuitiis

[a] Dion. in August.
[b] Nat. hist. lib. VII. c. 38.
[c] cap. VII.

Vid. Varronem de ling. lat. lib. 4.

tur igne corrupisse, summo mehercule rei literariae damno. Deperdidit Belgerium platina, et quae ipsi obtrunt nytal. templa praeterea in palatino olim, Victoriae, Cereris, Iunonis Sospitae Matris Deûm; Libertatis ecc. quae apud Martian. lib. III.

Palatium temporae Augusti incendio consumptum, scribit. Dion.

Adsunt et horti Palatini Farnesiorum, celeberrimi. In palatino quoq: olim Heliatum Tauri, quod incendio illo Neronis famosis deflagravit; Portisud etiam Liviae, Cor m Lorrat; et domus pollionis, quam Augustus propter eius rivalitatem, quorumbis sibi ligatam, delevit; praeterea Domus Crassi oratoris, Hortensij, Ciceronis. Et Amici Senecae, de qua ipse lib. 7. ad Lucil. Epist. 57. Et Horti Varroniani. Aedes magnae matris, Livius tradit lib. 29. Addit Victorius, Et idem refert eodem. Forma hortorum palatinorum in addit: Hieron. Fitz ad Mart.

xyphil. in Ner.

xyphil. in Aug.

plin. 17. et 35.

vopisc. in Aurel.

contiguum foro Augusti Templum Pacis, a Vespasiano Imp. constitutum, ut tetigit et Sueton. Tranquillus, in hiis verba: Fecit et nova opera templum Pacis, foro proximum, et Sextus Aur. Victor: Capitolium, aedem Pacis Claudiumque monimenta reparavit; Dion. Vespas. VI et Tito IV Coss. templum pariete sedratum scribit. Plinius inter mirabilia urbis posuit: Incensum id tempore Commodi, quod in hiis verba, ut transtulit Politianus, narrat Herodianus: Totum de improviso templum Pacis consumptum incendio est, quod unum scilicet omnium cunctorum tota urbe maximum fuit, atque pulcherrimum. Idem templorum omnium opulentissimum egregieque munitum multoque or

in vesp. cap. X

nat. hist. lib. 36.

Hist. libro 1.



vid. fab. Mart. pol.

natum

natum auro atque argento; quippe vnuquisque ferme suas illuc diuitias quasi in thesaurum congerebant &c. Ruinæ quinq; extant ingentes, quæ iam ipsi formæ, et columna quædam marmorea summæ pulcritudinis, cuius spira summæ latitudinis ex solido vt videtur lapide, tantæ crassitudinis vt tribus vix amplectatur: vide Josephum, Hieronimum: Iuuenal: Martianum l. III.

proximum est templum S. Mariæ nouæ, quod et olim templum fuit. in hortis duo fornices vetustate collapsi, et regione inter se positi conspiruntur, quos Victor videtur Isidis ac Serapidis dixisse, ruinis portarum ferorat Domitian. Imp. Martianus vero reliquias putat templi Solis et Lunæ; quæ tamen diuersis locis commiuntur eodem sycomificatu. Pomp. Lætus Æsculapij et salutis dini, Poggius Castoris et Pollucis. Hic exorcismata pragues vt dæmones immundi vt narrant eiuntur, quæ vidi prologum cum Epilogo: — et hic ex candidissimo marmore restauratum sepulcrum, cum Epitaphio Gregorij XI. Lemouicensis PP. qui ex Auenione sedem Romam reduxit. quod vide in meis Epitaphiorum libellis.

Hinc forum Titi Vespas. Imp. cuius sculptura extollendo apud Cantelium videre est, et passim typis edis recumbentur expressa, transeuntes, statim duo premitipsi Amphitheatri apparent amplissima vestigia, cui ib et addidit Thermas, quarum meminere Sueton. et Agellius. Appiæ quoq: aquæ, nonnullæ reliquæ; quam Cl. Appius Cæcus primus in urbem inuexit, vt populo eius gratam faceret, per VIII vel X mill. sine Senatus auctoritate, et multa nobilitate: cuius originem et formam vide apud Frontinum, qui addit a Iano ab Agrippa restauratam, quod et Dion in Octauio videtur innuere, cuiusq: Auentinum et Tyberim versus deflectit.

Circa hortos Mariæ nouæ vetus Amphitheatrum fuere busta Gallica, qui locus nunc vulgo dicitur portogallo. Ad carinis, quæ propre Tellurem adeo, et Pompeorum domibus quæ circa Capitolium videndi, Victor. Martianus, Lætus, et Suet. in lib. de illustrib. Grammatis. Arcum nouo Constantini marmoreum pulcherrimum, cui nihil forma cum elegio typis excusa habetur, transeuntes: vbi ad viam nouam et monasterium D. Gregorij, cui et opposita pars Septizonij, cuius deqruptionem vide apud

Gregorj.

Suet. in Tit. cap. VII lib. III cap. I.

De aqued. lib. I.

Eutrop. lib. VII

vid. Lact. Lib. 4. cap. 27.

In Lenzo

Suet. fol. XI vid. Ant. Aug. q. dial. de med. apol. mi 7.

in Roma

Georgium Fabritium, qui dicit Senei sepulcrum esse, suis septemplici columnarum altitudine, ex qua pop. Rom. mare prospicere poterat; meminit quoque Spartianus, et Platina quarum hic duo fusse videatur, et altera ab altera loco distincta, meminit namque Suet.

in Sencro
in Gregor. VII.

et Septisonij apud quod natus fuit Titus, dum ante Senei mausoleum, stque illud in Roma Lycorij prope circum maximum, et ipse nostrum, cum Senei fuerit non procul Thermis Antonianis.

in tit. in princ.

Si post D. Gregorium ascendat, stabit ob oculos templum DD. Joannis et Pauli, quo tit: fuit card: Adrianus Popularis noster, cum nois VI pontifex Romanus, et post eu Enrichfortius Episcopus Traiectensis: huic dirimunt templum D. Mariae in Domnica, in cuius area et nauis marmorea, cuius rei symbolum nostrio, hinc cognomen Vanitelle adeptum.

Inc ep. Sar. Sadol. ap. in Gregorium.

Nec longe abest templum D. Petri ad vincula, ubi catenae, quibus ille dicitur vinctus in carcere, et in apostolorum actis legitur, reservantur; item parietes domini, et cell: Machabeorum fratrum: Sepulcrum hic quoque Julij II Pont. Max. eximia sculptura marmoreum Michaelis Angeli Bonarotae manu artificiosissima factum monstratur.

Sunt in urbe duo turres, Gothicis vel Germanicis saltem temporibus erectae, et ut videtur fastigiorum vinum propugnaculis comitum una, Militia altera dicta fuit, non procul a foro olim Nervae, cuius restant adhuc reliquiae, instaurabat ut refert Suetonius, Domitianus, profiteique Nerva; Vide Pausanias, Spartianus in Alexandro Severo: Vulgus voratur hic locus prevarii Nerva, arca Noye in quo in multis visitato.

Cap: VI in Domit: vide ibi Torrek:



Virus Cyprus qui fit sole calatus dictus, ab imperio Tullij Farinoce non procul a rivo olim fusse, qui nunc ad templum D. Petri (cuius 3 XX ab eo inter limina meminit) in Vmbrias duxit, Vide Martianum libro III antiq: Rom: cap: XXIV.

DECEMBER

Exul Hyems Latium trepidans vix intrat in orbem,
Romaque Vestali tuta sat igne calet.

KAL:

Descendens capitolium, ad radicem vbi nunc sunt horti viridis, inter aedem S. Hadriani in tribus foris, olim Saturni, a pascali II pont. Rom. consecrati, et templum Basilij, exstruxit Imp. Nerua fori colligmas calcari, quod a Domitiano inchoatum puto; et ad Forum Traiani perrexit, quod et mirabile huius mundi celebrat Cassiodorus, et Gigantaeis operibus consperatur a Marcellino. Formam ex nummo aureo dat Gabriel Simoneus Flor. in dialogis. Vopiscus praeterea autor est clarorum virorum statuas, quas et in Augusti foro fuisse collocatas. in quinto medio columna stat ex pario marmore mirabilis, artificiosissima manu et sculpturae et architecturae cathombus illustris, cuius forma typis exusa fertur; De hac sic Xyphilinus: In foro suo columnam maximam collocauit partim sepeliendi sui causa, partim vt opus quod ipse circa forum fecerat posteris ostenderet; Nam cum locum montosum quanta est altitudo columnae effodit, forumq: eo pacto complanauit. Statuam cuius superimpositam scribit Victor, et sub eo sepultum Traianum. Eutropius hunc solum in vrbe (an vere nescio) sepultum tradit in vrna aurea, columnam altam dicit. CXL pedes, quem sequitur Platina, Marianus vero CXXVIII alij CXXIII pedes fuisse; De qua plura dixi apud Georgium Fabricium, aliosque Romanae vrbis illustratores Marianum, Flaminium, et Angelum Rocca. Modium Triumph: pandect. Tom. 1. lib. 1. Vetus est templum rotundum nomine quod sodalitas Loretana condidit, a quo ad pallatium D. Marci vocant, a veneto pontifice Rom. extructum, deinde, cui adstat templum, aliquot vbi vidi sepulcra Fregepanorum Marij Francisci aliorumque eiusdem familiae; et Epitaphium patri Gillij, multis praerogatiuis illustris, quod in Epitaph. meis libellis.

Hinc per viam Flaminiam, quam nunc Curtiam, a Barbantum cursibus, vocant, ad campum olim Martium veni. Nam post exactos reges populus diripta domo regia agrum Tarquiniorum Marti sacrauit, qui inde dictus campus Martius, fuitque extra vrbis portas, vt videtur mihi ex Appianis. de quo plura apud Strabonem; vocatus fuit et Tyberimo a flumine cui adiacet, inundabat vbi nunc S. Laurentij aedes in Lucina ad pontem vsq.

Milui

cap v Suet.

in epist.

2 in Tacito Imp.

3 Suet in Oct. c. 28.

3 in Eucarist. c. 22.

libro VIII.

de bibl. vat. Smet. mse. fol. xi.

Plutar. in Publ.

Bell. ciuil. lib. 1. libro V.

Carm. lib. 1. od. 8.

Milium protendebatur. Fiebant in eo exercitia quoque ludicra, de quibus Horat: Cur apricum

oderit campum patiens pulveris atq: solis. &c.

Xyphil. in Iul.

In eundem Iul. Caes. locum effodit, et naumachiam edidit, ubi post templum Martis quantum mensorum esset fe-

Suet. in Iul. c. 45.

rit, quinque naumachiae putant collibus exstare non procul a monte Trimitatis, olim collis hortulorum. Hic quoque tribus eorabantur ad comitia, ad nonos magistratuum recandos, virorumque illustrium ra-

Libro 1.

dauera recensebantur; et de Sylla Appianus scribit, et hic funera Imperatorum in diuorum numerum referendorum efferebantur, vt late apud Herodianum, et Lipsium in Saturnalibus. In hac etiam loco Sylla quatuor hominum millia et Florus, vel IX millia vt autor virorum Illustr. et vt Val. Max. quatuor legiones Marianas, contra fidem publicam truncari iussit.

Tribunal in campo Martio fusse refert Vopiscus in Tacito vita.

Ad septa campi Martii columna et Cochlis Antonini, a qua hic regio nomen habet, altitudine CLXXVI pedum in hiemali cochlea et gradibus CIV, fenestellis CLVI, vid. Ang. Roccha.

De statuis e Capitolio hic translatis vid. Suet. in Caio c. 34. cap. XXXIV.

iuxta septa olim via lata vsque ad capitolium, cuius reliquiae hodie extant in platea Sciarra.

Fuit et hic via formata ad vsum militum.

Templum olim Lucinae de quo supra sacellum et capellarum, vbi olim basis illa nominatissima, et horologium quod superioribus annis effossum; mirarili instar fuit.

Aut Aug. Claudi putat Dialog. nil de numm.

Hinc prope est Arcus Domitiani, qui nunc vulgo Tripoli et Portugalli, quod Lusitanorum habitationes hic fuerint. Dions abbreviator fuere memoriae arcus triumphales quos si (Domitiani) plurimos fecerant, disturbati; de hac Martialis: Stat sacer et domitis gentibus arcus ouans.

Xyphil. in Vesuia

Lib. epigr. 8.

vide de hac Fabritium in Roma, et Marliani.

Non procul hinc legi in marmore hanc inscriptionem sepulcralem:

DIS MANIBVS
CERONIAE L. F.
THAIDIS
VXORIS OPTIMAE
AGATHO AVG. LIB.

Hinc templa d. Augustini, et S. Iacobi incurabilium, cum Nosocomio miserabilium conspiciuntur: circum hac loca et desinit collum hortulorum habitant mulieres publicae, quemadmodum in Esquiliis olim et ad Circum in vallis antriisq: subterraneis, vt autores sunt Lampridius et Fa-

in vario

uenalis

ulnalis. proximum est templum S. Rocchi, ubi ruinae Mausoleo Augusti Caesaris sepulturae destinatae, in quo plerique omnes Caesareae familiae conditi; Nam Suetonius scribit, Caium matrem fratresque cineres mausoleo condidisse. quod et in carmine ad Liviam innuit quisquis fuerit author: quin et successores saepe condi solitos indicare videtur Xyphilinus; qui dicit Adrianum molem suam sepulcralem eo extruxisse, quod Mausoleum iam esset plenum. Hor ad templum Caesaris rapit Augustus VI consulatu fecerat, circumiectasque silvas et ambulationes in usum populi iam tum publicarat, unde miror quid Xyphilinus Romae Spectator scribat, Liviam et Tiberium Di in urbe sepulcrum aedificasse, idq. Senat. decreto; occupabant sub memorato tam planitiem quae est inter Tiberim et S. Mariam populanam; destructorum quod vide apud Fabritium. obscurius sit alter latet ~~alter~~ ~~vero~~ qui dum ante templum in multas confractus partes iacuit in area D. Mariae maioris eiectus conspicitur. suet in oct. circa fin.

in Româ, et Strab. libro V.

Cum pergerem ad portam Flaminiam, Templum quin fere contiguum S. Mariae de populo, a quo et porta hodie nomen habet, intravi; ubi plurimas votivas tabellas suspensas vidi, et marmor quo Sixtus IIII eam plurimis primitiis ornarat: quem sub nois quintus pontifex hodiernus institutus, in horum D. Sebastiani extra muros substituit, et patriarchale honore celebravit. De nomine populi hac narrantur: Hic olim populum ingentem stetisse Neronis viratam, quorum postea quidam pontifex quod ex ea daemon Christianos praetereuntes saepe laederet, sustulit; et templum in honorem D. virginis matris fecit: in hac aede tumb. sanctorum fecit ex marmore duo sepulcra illustri artificio, Ascanio Sforziae et Hieronimo Sanonensi Cardinalibus. hic quoque sepulcrum cum epitaphio Hermolai Barbari Veneti V. Cl. dictis. Pius IV pontifex portam Flaminiam aperuit, et refert Fleuricus, in add. ad Marli; et viam Flaminiam stravit, multisque in locis ornavit, ac insi portae inscripsit marmor hoc epigrammate:

PIVS IIII. PONT: MAX. PORTAM IN HANC AMPLITVDINEM
EXTVLIT, VIAM FLAMINIAM STRAVIT, ANNO III.

Sixtus V. ante templum D. Mariae populanae erigi curavit obeliscum ex Circo max. traductum, et literis hieroglyphicis notatum, altum cum palmis, citra basim, in qua antiqua inscriptio Augusti Caesar: Imp. XII Cos XI. Trib. pot. XIV. Aetat hac apud Angel. Roccam lib. Bibl. vatic. et in appendice.

Eodem die urbem egressus porta Flaminia, per pontem Milvium ultra ne passus ab urbe distantem, et a M. Scauro Sullæ temporibus primum factum, denuoque multoties ruptum restauratumque, et mirant vestigia, transiens, iter Florentiam versus arripui: ubi v ab urbe lapide iuxta viam Aureliam vidi marmoreum sepulcrum, emblematibus ornatum et epigrammate, quod hic legere potui; reddo tamen ab alijs rum sit publicum lectum et collectum; quare ne frustra laborem, et tantum primipilum destruxi:

via Cassia 2ª a urbe miliario

vide Smet. mscript. fol. LXIX. et ortog. ALN. Gruter.

D. M. S.

C VIBI P F MARIANI ET

REGINAE MAXIMAE MATRI

KARISSIMAE

paulum progresso occurrebat Alexander Farnesius Card. dum in urbe expectatus.

In vinea carpens. est mscript. quod meminit Smet. fol. 23. huic additur sculptura Hercules contra Geronem, tres viros armatos, pugrombus et Galeis, pugnantes.

II Aliquot viros ignobiles praetergressus, ad montem Rossum perueni; ubi rum ex summa pedes lassissem, ac mihi videbar mortuus esse, de reditu cogitani.

Summa olim Romæ fuerit floararum largitas mersa est, rum Dionis Epitomator scribat, Neronem media nocte per Romam in Tiberim navigasse.

Martyrum cultui quales olim fuerit testatur Cyprianus, meminit Mirtellinus et Eginius antiqui hujus urbis: Quorum memoriam apud Mediolanum colentes nunc usque Christiani, locum ubi sepulti sunt, ad Innocentes appellant et Agnus paulo post.

Lib. XXVII.

Nigrique ex omnibus ossium duram saxa rubra esse, quorum meminit Cicero in philippicis 2, et Livius lib. 2. Rosali fit mentio in praef. Ant.: In ponte Milvio legati Allobrogum rum litteris ad Catilinam, ~~rum litt~~ deprehensi traduntur a Cicerone; hic nocturnus lustrum ab Heroinil Nero; ad quem pugna Constantini magni rum Maxentio contigit.

spartian. in Severo

3 secundo ab quo solio ubi de templo s petri ad vinclo ago hoc addendum inscriptionem, quod in antiqua tabula pariminti extat. Jo. II P. R.

SALBO PAPA N. IOHANNE COGNOMENTO MERCVRIO EX SANCTAE ECCL ROM. PRESBITERIS ORDINATO EX TIT S CLEMENTIS AD GLORIAM PONTIFICALEM PROMOTO BEATO PETRO AP. PATRONO SVO A VINCVLIS EIVS SEVERVS PRESB. OFFERT ET IT P C LAMPADI ET ORESTIS W CC. VRBICLVS CERDINVS EST.

In vinea carpensis rumb hoc fol. 5 mem. Herculis statua Hydram crimbus tementib, quae usque ad pubem tota femina est pedibus in anguibus duobus desinentibus.

IV pre

IV. per viam Cassiam non procul a monte Mario, in quo olim Marianus exercitus Jerusalem urbem intrare se continuit, porta petri Romam reversus sum; quo duo tria hor vidi; Sixtum V cum suo comitatu adeundum D. Mauris pergentem, hoc ordine: praeeundebant card multi suis lectiis et vehiculis; cum omni famulatu sequebantur insidentes mulis equorum, pallis viridi colore fimbriatis; inde familia pontificia in equis, pur puris vestimentis conspicua; post hoc, ipse Pontifex in lectica holosirica familiari habitu, duobus mulis portabatur, et facto digitis primis signo crucis, cum tumultuanti populo benedicere ~~videre~~ videbatur, ad quem aspectum genua in terram flectebantur; circumbant lecticam corporis custodes Helvetij militis, et Jerunymus claudebat ala equitum Lancatorum saga purpurea in signis: in exercitu hinc Leonino genus supplicij Italis familiare quod vocant la corda; condemnatus vinctis in tergum, manibus eundem ordine, fune ex alto violenter demittebatur ad terram usque, una brachiorum iuncture cum pectoribus. Et circa vesperum cum cardinalibus Sabelli; jacebat in lectulo radiatus habitu solemni cardinalis, dum mane redidisset, moris ergo praeeundebant taedae minutae, sequebantur atrati et familia cuncti.

Cum Itali herbarum plurimis utantur fortuitis, lacticiisq. saepius vescentur, Henricus noster Lonius semper cunctos di cautitias excusabat; negans se estate hibas vel vellet, ne hyeme foeno rogerotur vesci: similis locus est apud Boisard fol. 28.

V. Pontifex cum statuam aeneam D. Petri Columnae Trajani imposuisset, tormentis Bombardarijs ex mole Hadriani explosis, alisq: caeremonijs, dedicavit.

Pictor erat Romae tum Decius Caietanus, qui verissima similitudine vivas exprimebat imagines, memorabilis in ea arte, quare etiam centum saepe coronatos pro unaquaque capiebat.

Taddei Zuccari frater iam in Hispania est, sed fratris non attingit genium longe ipso inferior.

Quemadmodum olim pro locis infamibus habita dimissoria, ita nunc et multis explicat P. Faber Agonist. lib 3. cap 27. ita etiam hodie in Italia et praesertim Romae. fol. 656

VI. Agentius mihi narravit se vidisse Romae lapidem antiquum, in quo mentio fiebat MAGISTRI SYNAGOGAE CAMPI ET BALLI OVIUM, unde constaret olim plures ibi fuisse Judaeorum Synagogas.

via Cassia meminit Cicero in Philippic 12. et interpretes Victorium var. lect. Esa. c. 12.

VI hor.

VI. Hor dis tractum urbis versus portam collatinam, quæ simul cum via collatitia, ab oppido collatia non procul urbi denominata fuit; nunc porta pinciana, a pincio Senatore dicta, et Strambulani; ubi Sulla Urampsimo prælio contra Marianos duces conflixit: mons hic pincius qui et collis hortulorum, ubi templum Trinitatis, fratrum Franciscanorum, liberalitate regis Franciorum alio eumque pretium non ita dudum restauratum, pulcerrimaque pictura ornatum; sub hoc templo horant quidam Nauarchum Augusti, cuius supra meminimus, et extant fornicum reliquiæ et multa concamerata: Iuxta hoc templum sunt horti Medicæorum pulcerrimi, ubi Leones aliaque animalia exotica servantur; quæ procul sunt ad montis radices et collegium templumque Græcorum, a Gregorio XIII Pont. Rom. conditum.

Sixtus V. A°. M.D.LXXXVIII. Templum Hieronimianum cædicula fuerat vetusta, cuius ~~tit~~ clarius ~~fuerat~~ F. Felix de Montealto Card.) a fundamentis exxit

Ferratius Rom: statuas montis Quirinalis simulacra esse Alexandri magni credit, idque mirari eius effigies quæ in nummis, et pr-

VII. pæ forum olim suarium iuxta palatium Columnensium, recta via extendi in montem Quirinalem; forum hoc rem maximam ex parte hortis occupatum; mons vero Quirinalis nunc caballinus, ab equis marmoreis, quos sessores peditis frenis retinent, vocatur: opus hoc Praxitelis et Phidiæ celeberrimorum sculptorum dicunt, a Tiridate Armeniorum rege Romam delatum: Quirini nomen a templo Quirini effluxisse refert Varro: cui adstipulatur Ovidius:

Templa Deo faciunt; collis quoque dictus ab illo est.

Syphilinus tamen scribit Augustum templum Quirini extruxisse, LXXVI columnis, quot annos vixerat; nisi hanc restaurationem dixeris: hinc quidam vestigia extare dicunt, quemadmodum et præcipue reliquæ Thermarum Constantianarum: Festi abbreviator Diaconus montem Quirin. Agonio dictum refert, a sacrificiis Agonis. vid in Agonium.

Palatium hic suum habet Pontifex æstivale, ob aurem fugiendo hiemantium: multis arboribus hortisque vetustissimis insignis. et hic Turris, quam ex ornamentis soli attribuunt: et item Ædes S. Vitalis, quam olim Salutis fuisse redunt, a C. Iunio Bubulco dicatam, et a Fabio pictore coloribus ornatam.

Hinc versus portam Salariam unde via salaria extra urbem, a sale quod e salinis eo importetur, dictam. olim etiam Quirinalis et Agonalis, nunc collina. extant vestigia

Hortor

Eutrop. lib. V.

vide plenius disserentem de his statuis Ang. Roccæ lib. de vat. Bibl. 254.

De ling. lat. 4. Fastor.

vid strab. lib.

portorum Salustianorum in valle profunda, vulgo Salustia vocant. cui adjacebat forum Salustij, inter templum S. Susannæ et portam Salariam: hor fuit Salustij post præturam Africanam cum hortis, de quibus Plinius Lib. hist. vii cap. 16. in Tacito Imp.
vopiscus; sed procul ab for fuit templum Veneris, ubi magnæ pugnæ dubia victoria inter Sullam et Marianos accidit, et Appianus auctor, qui et portam ratae tantum ferrea muniam dicit. propt hunc templum fuit Veneris Erycinæ, et dorat ovid. 2. de remed. Amor. Bell. civil. Lib. 1.
quod vovit Fabius Maximus bello punico II. Livi. lib. 22.
Inscriptiones huius almæ urbis cirriter. M D. typis excusas dedit Smetius et Lipsius, cum suis formis Bosartus.

VIII Vidi Vgonem Lobencum Alnesium magnum hospitium magistrum, Romam quam plurimis comitatum sacris equitibus Melitensis militantibus, occurrentibus purpurati senatus in mulis dominorum famulis, galeris rarissimis in turcum pendentibus ornatis; ubi in capitolium pervenitum esset, varijs musicis instrumentis, quibus iterum ad molem Hadriani pontemque Elium exceptus fuit.

Quo tempore templum DD. Bonifacij et Alexij perlustravi, vidi Alexij et mystagogi narrabant rotundus, dereba turq: D. Virginis imagine quæ in Edissa urbe Coruta fuerat, ibidem conservari, huius fabulæ vel et mulieribus ab imperitis hominibus confictæ historiæ meminerunt Legendæ, non a quibusdam legendæ, istiusmodi superstitiosis prodigijs plenæ. et testatur Chronicon Martinianum huiusmodi miracula esse fictum.

In pavimento hor legebatur media antiquitatis epitaphium:

Heu scelus elusæ verbis fallacibus Evæ
Quo quasi fermento solvitur omnis homo,
Forma venusta nimis putris est sub marmore pulvis,
Squallet et in tenebris forma venusta nimis,
Dum steterat solido producta genimine claro
Clarior ipsa quidem vicerat ore diem
Femina dives opum, dives quoq: femina morum,
Ubertim binis accumulata bonis,
Quæ miserans multis, multum dispersit egenis,
Non abigens Christi membra minora Dei.

Domum redeuns prætereuni templum crucifixi; quod est pulcrum, mirabilibus S. crucis picturis ornatum, in cuius vestibulo legebatur:

Sanctissimæ Crucifixi
amplis. sodalitas.

Alexand.

ALEXANDRO ET RANUTIO
FARNESIIS
S. R. E. Episcopis
cardinalibus patronis
adiuuantibus
Oratorium hoc extruxit et
ornauit Ann. MDLXVIII

De sigillis quæ a pontifice lustrat. duab. Ven. far.
Ser Epist. habent ap. Nat. Sytr. Rob. petrami Angli. Bernardini Cerbub
pont. Max. pet. Ciaconis, Caroli Celsi, Iuli Sadoleti. Carol. fid. duris dim.
Alexan. Sum. Serapini, oductij mad. philip. de Lucis Card. Vbaldini Bandinil
pauli IV. PP. Ant. Castalij. Laur. Flor. Sculpt.

IX Vt in praxi Romana mos exercendi paululum, non
nemi intercedente Philippo Huznio Buscumdurensi a manuesi
cum Antonio Gudotto Rom. curiæ notario, de dando et
tribendo operam: Fuerat quippe antiquitus non ita nuper
a Celesio Francogallo e varijs stribarum officinis in unum
pontificis antiquitate collectum:
Romæ Bibliothecæ præter Vaticanam et canonicorum S. petri, illustri
ores sunt in Canobio sancti dominici ꝗ Minerua a Fre to: de Turri
cremata Card. erecta; in Canobio S. Mariæ de Ara cœli; in ædibus
Augustinianis; in ædib. SS. duodecim Apostol; Farnesiana, Sforziana
Lancelotiana, Bonellana sive Eremita, Columniana, Latiniana, Vrsiniana
x per altam semitam, a Thermis Constantinianis, et dorso Qui
rinali, ad portam Viminalem, ob omnium propinquius in
loris frequentiam sic dictam, olim quinetiam et Fi
gulinis, quod extra eam primo assent Figulinæ; et No
mentana, et nunc d. Agnetis et pia, coradatur. Nom
ptimum a restauratore Pio IV PP possidet, et ex mar
more ibi collegebatur: Pius III. Pont. Max. Portam
piam sublata Nomentana extruxit, viam piam æquata
alta semita duxit. Hinc via Nomentana ad primum
milliare ingressus templum satis pulchrum, vacuis ex
marmore columnis musiciquæ picturis ornatum,
quamvis longa vetustate graviatum, restauratore
egeb habeat; dicitur Agnetis Virgini dicatum; aliquot
ad hor gradibus ascenditur, monasterium vero quin ad
situm ruinis iam proximum, desertumque pene videt;
Honorius I Pontifex condidisse fertur, Blondo et Platina
testibus: in eod sightis turris et rotunda S. Constantiæ
D. Constantini filiæ dicatur. Vinetq: platina, cui asci
pulatur in fronte spirio marmor, ab Alexandro III Pont.
Templum hor testudineum redditum, et ad cultum di
vinum

Vid. Ange Roccam. de biblioth. quæ nunc.

Dec. I. libro IX. in vit. Pont.

unum translatum, qui et suis moribus constantiq ara
diuinit: cuius corpus ad urbem translatum, tmq Gal
lo, et in suburbano arcq hostiamq post primum la
pidem sepulcro maorum illatum ipsot autqr est Pom. Laetq, Rom hist. comp.
Bartoli qor templum fuisse antiquorum omnium con
sensus est, duplici ordine columnarum vari mar
moris ornatur, sepulcrumq: constantiq porphyreti
cum ibi spectatur, strammum pulcqerrimum, quibus
vnus ferentibus et panonibus ornatum; quare vul
gus impositum Bartoli sepulcrum vocat.
in qor templo pp. fere d. Agnetae solet confieri et consecrari la
nam, ex qua pallia episcoporum fiunt, qor modo: cum in Missa
canitur Agnus Dei, super altare ponuntur duo agni candidi, q
hinc traduntur subdiaconib s Petri, et mittunt illos in pascua, subq:
tempore tondent, ex qua lana permixta reliquae lanae cum in filum
deducta fuerit parantur pallia, latit. 3 digit, ab humeris propin
dunt in platus, atque ceras, ad extremum sunt lamina plumbea
tenuis cuspem latitudi: ad quam modum contexta deferuntur ad
corpora petri et pauli, ar rectis ibi precibus expeditis relinqu
tur per noctem omnem; altera die subdiaconi eripiunt, et conse
loco reponunt, quorsum quis arcqes aqua habet, qui vel pal
prorum qor per se dari petit, traditis autem multorum
caeremonijs deferentibus mandatur, ne supra noctem omnem sine
do fieri posit, in eodem loco subsistant. Ceremoniae ea rum
nutarum mirar videantur, et puritatem Christianae
fidei inspiritas, rectissima censura: alia ratione nisi qui
maiori probatas iri non arbitror, quam hac Liuij sente
tia: Eludant nunc licet religionem Rom: quid n. est si pulli
non pascentur, si ex cauea tardus exierint, qd si occinerent
auis? parua haec sunt; sed parua ita non contemnendo
maiores nostri maximam hanc rempublicam fecere.

De potentia signi crucis quod de dymons fugiant admirati,
et inomnella Lactantius prudentiusque asserunt; unde
patet antiquum esse quae ruin vulgo opinionis, Lib. Inst. lib. 4. c. 27
quambis in minijam superstitionem delapsum tandem dignita Augustin. lib. 1. de Confess. cap. xi.
tam adsecerimus. vid: l. 26. c. de Episcop. et Clerir. vide et vide Cong. lib. 2.
fragment. Concil. d. Afric. quod in lucem edidit Velserus rim Antiqua
tibus sub Augustan. De picturis vero et memoriis martyrum vide
quaedam literata apud Petrum Fabrum Agonisticon lib. 2. cap. 21.
in humilitatem pontificiam in ea constitutione Sixti v. qua decreuit ne ab
ullis principibus missae literae aperirentur, quae debitis titulis care
rent. Idem varia instituit festa celebranda vt Ant Caracc. in sub lita
plenius descriptum relinquit.

xiv ob:

XVI. obambulant in Exquiliis, vbi Propertius olim hab-
tasse dicitur, qui has vocat aquosas hor versu:

Libro III el VIII

Dicite quid exquiliae hac nocte fugarat aquosas
Cum vicina meis turba cecidit agris.

post varios viarum amphractus, intrani Clorium bul
go septem sale, dictum, a Fl. Vespasiano et reditus
ad usum pontificum factum, ipse videtur indicare
marmor ibidem repertum, hac inscriptione:

IMP. VESPASIANVS AVG.
PRO COLLEGIO PONTIFICVM
FECIT.

vide Martian. lib. II cap. XI pauca alia.

cum tamen sit verisimile thermis Titianis, ex dub colli
quibus putarem. Sunt rubiruli oblongi IX, quarum VII
intrani, singuli erant oblongi CXXXVII ped., largi XVII.
alti XII. eantq: formrato et voluulato opere pul
cherrimi, et ostia dexterrime collocata ad invicem
spectantia, ita, vt quorumque oculos duxerint
idem ordo et numerus ostiorum conspiceretur
De exquiliis in hanc sententiam olim Liuius: Coss. transfugas Numida
rum qt tum in Auentino ad 1200 erant media urbe transire Exquilias insedit, nul
los aptiores inde conualles tectaque hortorum et sepulcra et cauas undique vias ad pugnandum ab
ty reditu templum d. Siluestri integrum, Romodis
Caruffae, card. qui multis hor ornauerit monumentis, vi
di sepulcrum: et hanc de fundatione templi in
structione. Templum hoc beatus Siluester in
praedio Exquitij extruxit, vasis aureis honestauit,
eisdemque nec non fructibus Constantinus Imp. copiose
dotauit, Symmachus pontifex diruptum restituit
a Sergio Iunore in hanc formam redactum illustra
tumq: SSorum reliquiis S. Martini PP. et Siluestri item
pontificis; sub Leone III picturis ornatum.

et templi S. Martini in montibus in Celio

Sanctorum hic praeterea corpora conseruari dicu
tur pontificum; Fabiani, Stephani, Soteris, Innocentij, Anasta
sii Episcoporum, vero Leonis et Quirini.
In pauimento, hor et antiquo in marmore, hoc ita
pleniu:

CAMERINNVS
CRESCENS.
ARCHIGALLVS MATRIS DEVM
MAGNAE IDEAE
ATTIS POPVLI ROMANI.

vide Smet: fol. 44: Atti origine in calce

VIVVS

VIVVS SIBI FECIT ET
CAMERIO EVCRATIANO
LIB. SVO CETERIS
AVTEM LIBERTIS VTRIVS
QVE SEXVS LOCA SINGVLA
SEPVLTVRAE CAVSA
H·M·H·E·N·S.

1. Hor monimentum Gruterus hunc non sequitur. Et Gor: POSITVS EST HIC LEONTIVS PRESBITER OLIM STILICONIS CONS. II.

Tum per radices Esquiliarum via q olim Saburra, impedi
tis multitudinibus et foro rerum furtivarum famosa
ad portam Laurentianam olim Esquilinam, Metiam,
quoq: dictam putat Fabretus, Dandumque praeneste
nam proponit, Tiburtinam Fulvius et alij vocant;
Taurinam etiam dictam ob Tauri rapiat quod etiamnũ
in prima sub Faro relatum videtur putat Leander,
perutili; extra quam de morientibus sepeliebantur
tum olim; inquiunt Tacitus, Plautus, Horatius; et
formam sequeductus Martij Ovidi, quae sunt extra mu
rum vid via Tiburtina. Aqua autem Martia ex Fucino la
cu post Appiam et Anienem, anno ab V.C. DCVIII a Marco
Titio praetore in urbem ex SC deducta, et in capitolium
delata, et Latinus Frontinus refert: indeque per Augustum
et M. Aurelium Impp. restaurata est, extat. et apud
duppois numinus Martij Philippi, hac inscriptione AQVA
MR. Non procul quin in Romã Gregorij est Templum D. Bibi
ana, quod sacrum Esculapio fuisse quidam volunt.
De nomine Exquiliarum et Saburrae videndus lib. IV, sui
ut nunc extat 1, de Lingua Latina Varro.
In foro Esquilino Marianos profligarunt Sulla, et autor est
Appianus Bellor. civil. lib. 1. Horatius, Saburrae vocat Sat. 1. Sat. 8.
hos versu: Nunc licet Exquilijs habitare salubribus,
erat quod Esquilinae regionis mons Cispius, a Asero quodã sic dictus
et testis est Festus. Abbreviat: in Cispius.

XVIII Romanus Pontifex Max. Sixtus V, ante pontificatum
Felix de monte alto ex Sabinis, ordinis Franciscanorum gene
ralis; octo in senatum purpuratum allegit; presbiteros
VI, Diaconos duos, nempe Fratrem Boromaeum Iuvenem admi
Mediolan. et Vgonem Lobenum Aluernum. Melitensium equi
tum praefectum, tum Sergium Gonzagã patriarchã Alexandri
num Petrum Gandum Florent. Episcopum parisiensem
Io. Mendozam Hispanum, Arcipresbiterum Genuensem, et
Gabriel Paleotum monasterij.

Cardin

Horat. sat. 1.
Propert.
Petronius.

in Roma

in Latio

II Annal. Rom.
in Casina
Epod. V

Strabo lib. V.

Ant. Piso Gallus
qui scripsit de numis
antiq. Galliae.

Cardinalium vero nomen ipsi munerum, exemplo similium magistratuum, in libro de officiorum Theodosij, praefecti cardinales appellantur, praef. prat. Asiana diocesis, et praef. Africae, quod essent maiores reliqui; apud Vitalinum vero scriptori recentiores leguntur: Vid. Thom. Naogeorgium de relig. papist. lib. 1. et Ang. Roccam bibl. Vat. fol. 162. Mart. Pol. t. 2.

Onuphrium de cryp. eccl.

Arcus Galieni ex Tiburtino et lapide, nullis ornamentis insignis, in quo legitur teste Mariano qui tit: quem Crinitus ad sententiam Galieni apud Cuerenum castrum dum pernoctaret insignio quo autore, tollitur:

Lib. v. cap. xiiii.

Lib. xvii cap 1.

GALIENO CLEMENTISSIMO PRINCIPI CUIUS INVICTA VIRTUS SOLA PIETATE SUPERATA EST M. AUREL. VICTOR DEDICATISS. NUMINI MAIESTATIQUE EIUS.

vid. Smet. fol. x

XXII. Arcum Galieni Imp. transient, in decuso Esquilij, prope templum D. Viti in Marello, et simulum D. Praxedis intrani; qui totum sit satis et ornatum, in quo 6000 martyrum reliquiae conservari dicuntur, et ipsum ibidem oratorium quod feminis intrare non licet mittit:

Ant. Aug. iv Dialog. de medal. e branca e mezza e longa un palmo e poco piu e grosso come un dario e quasi ... et bulla nomen dedisse famil. vid. Joh. in Vita Pa. Colum. ... Fr. Bacard. scribit partem columnae Hierosolymitanae ostendi et venire A° 1280

Ubi columna quaedam marmorea, quinque quia et delineatur forma; ad quam flagellatum Christum servatores a Judaeis ferunt, Hierosolymis per Jo: Columnam Cardinalem translatam, pontifice Honorio III sedente, anno Christiano MCCXXIII.

in lib. de 7 orb. Basil.

Templi vero quinque ratione minora sibilia, ab Onuphrio Panvinio satis et narrantur.

Hac quoque via ad S. Mariam Maiorem ad praesepe, ubi praesepe servatoris nostri summa religione servari traditur; quinque oratorium candidissimo politissimoque marmore restauravit Sixtus V. Pont. Max., in eoque sepulcrum sibi et Pio V. II. fecit, addita statua Caetani rebus ab ipso olim vino gestis, ex marmore et pressis, ar praesertim bellum Gallicum et Turcicum.

de qua vid. plat. in Sixto III

vid. Ang. Roccam.

Sepulchri vero hoc est caput:

PIO V PONT. MAX.
EX ordine Praed.
SIXTUS V PONT MAX
EX ORDINE MINOR:
Grati animi monumentum

Dut: Antonij di paolo Ghislerio

PIUS V gente Gislerio Bosci in Liguria natus, theologus eximius ꝛc. vide Angelum Roccam lib. de Vat. Biblot:

Fuerat sixtus in cardinalitium ordinem per pium quum laetus.

Italia vt tradit Blondus lib. 264 episcopos omnes tu. Jo. numerat. Sinde aucta redire

In eo

In Dorio templo sepulcrum marmoreum elegantis sculpturae Martini V. Pontif. ex familia Columnensium. Alexandri quoq: Sfortiae card. monumentum. minimi, cetera ampla, apud Omnibonum.

In summo templi area. Sixtus V. PP. Aegyptiacum obeliscum, ex Augusti Mausoleo transportatum, cuius tam minimi color est et vaticani, minor vero est. nec mirum, quo vis vario artificio coniunctus: Quin quae sequuntur inscripta nigro colore leguntur:

CHRISTVM DOMINVM
Quem Augustus
de virgine
Nasciturum
viuens adorauit,
seque demceps
DOMINVM
DICI vetuit,
ADORO.

Obeliscos ex Aegypto Romam translatos autor est Strab. in Cl. cap. XIX.

De via per Gregorij ad S. Gor. templo ad Lateranum strata Vide Fiorentinum in annot: ad Marliannum.

SIXTVS V PONT MAX.
Obeliscum
AEgypto aduectum
Augusto
in eius Mausoleo
dicatum,
Euersum deinde et
in plures contractum
partes,
in via ad sanctum
Rochum iacentem
in pristinam faciem
restitutum
Salutiferae cruci
Felicius
Hic erigi iussit An. D.
M.D.LXXXVIII Pont. II.

Vide de hoc obelisco Aug. Roccam. lib. de vat. Biblioth. Emb. XV.

Andreae Austr. card. Bolgarii alius gubernatoris mon. in templo S. Mariae animarum spectatur. ibidem est B. Gabridis imago manu excellentis artificis. Quod Bilogi efficta. Haud procul hinc hospitale Germanorum, ubi a° 1600 hospitalis P. H. cum illius Turcum Eps et duae sororum hinc tenuiores Bilogi tridiuum ibique comode tractantur.

CHRISTVS
Per inuictam
crucem
Populo pacem
praebuit
Qui

praebeat alij

Augusti

Augusti pace
in præsepe nasci
voluit.

CHRISTI Dei
in aeternum viventis
cunabula
Lectissimè colo,
qui mortui
sepulcro Augusti
tristis
servebam.

Non procul hinc templum Antonij, ubi et ridet Antonana temptatio depicta conspiritur; iuxta quod olim Iuno fuit nomb Lucina, ipsi et ibidem in domo privata statua habebam marmorea, respicio ad commodi Antonini, et antiquum marmor quod Fabretius extra portam Collinam via salaria inventum tradit, quod ipsi ordine ibi hic scriptum:

Statua erat laureata habitu imperiali poma manu gestans.

IMP. CAESAR M AVRELIVS
ANTONINVS AVGVSTVS,
GERMANICVS, SARMATICVS, ET
IMP. CAES. L AVRELIVS
COMMODVS AVGVSTVS
GERM. SARMAT. rcp.
HOS LAPIDES CONSTITVI IVSSERVNT.
PROPTER CONTROVERSIAS QVAE INTER
MERCATORES ET MANCIPES
ORTAE ERANT VTI FINEM
DEMONSTRARENT VECTIGALI
FOVENCVLARII ET ANSVRII
PROMERCALIVM SECVNDVM
VETEREM LEGEM SEMEL DVN:
TAXAT EXIGVNDO.

Horat: Hic miseræ plebi stabat spes sepulcrum. vide L. b. vii

Sportulæ dicuntur munera vectigalia quæ mimi. l. si sportulas. §. 1. de donationibus. et Ovid. in fastis sacris. lib. vii.

Oltre a queste lapidi vi era olim puteoli dorato; ove comunemente sepolcrum era misera plebis, e corpora putrefiebant ut dictum: quemvis ex sepulcrorum ornatu, et marmorum diversitate patuit, posterioribus temporibus et divitis illic fuerint sepulti.

XXIIII. Apophoreta mittuntur, et in capitolio tribus ac tribuni distribuit et centaculis scripuntur.

XXV. Statua Marsyi quam Nacis flumij antiquitus fuisse reduxit, famosis libellis vulgo celebris, quæ diu in angulo quodam extra capitolium latuerat, loco mota, ubi et inventum labrum marmoreum summæ magnitudinis, ac deinde ad capitolium translata, ut fonti serviret, quem Sixtus pontifex non exiguo sumptu deduxerat, unde sumpserat quidve ornamenti, et quantam divinitatem Marsyi indueret

XXVII Inger

XXVII Inyecpsub Thermas Diocletiani circa templum S Susanne. cuius pollio, Vopiscus, Latus, Victor, Marlianus et alii plè meminerunt; tanti operis ruinas obstupui, et horrarum ab temporum rationum tam varian di rsitudinem. Quid ni non cohumitus ami.

Certè Roma olim non hominum sed immortalium potius Deorum videtur fuisse habitaculum: Extant vestigia tubarum, vasarum, fistularum, oppidi instar in ruinis Coenobium Cartusiorum monasteriorum extructi, cum olim aedes D. Curii inhabitarint. Et restaurat Ampliss. nunc templum amplius ex muris thermarum, auspicio Pii IIII pontificis extruitur; cuius nomen as. Marcus Angelo eius impensis. Epitaphia hic legitur Pii IV medios Pont. max: et Alciati Cardinalis; quae in Epitaphior: mihi libris ibi extant, pictura quoq: conspicitur ab impsta Julij Parmensis et Pauli Palmaliensis clar. pictorum.

Iuxta has Thermas est monasterium D Bernardi a Sixto V. pontifice Rom. extructum, ad cuius frontispicium hic legitur inscriptio: SIXTO V. PONT. OPT. MAX.

Quod pauperibus virginibus viduisque servandis conservandisque monasterio collegio atque instituta aedes donavit; sodalitas D. Bernardi P.

CIↃ IↃ LXXXVII.

Sunt etiam in ipsis thermarum ruinis granaria Romana hoc epigrammate notata. Gregorius XIII Pont. Max. adversus annonae difficultatem subsidia praeparans, horrea in thermis Diocletianis extruxit, Anno sub MDLXXV. pont. III.

Sixtus deinde V. ad thermas deduxit et restauravit aquam Claudiam, opere nondum adhuc perfecto. ad cuius aeratum Sphinges quae ante noctium Agrippae so transtulit. Hanc Claudius Imp. teste Frontino primus in urbem ex fontibus Curtio et Cerulio deduxit. Suetonius a Caio inceptam a Claudio perfectam hanc aquaeductum scribit, de hac hic legitur ibi inscriptio:

TIBERIVS CLAVDIVS DRVSI FIL CAES AVG. ꝛc.
AQVAS, CLAVDIAM EX FONTIBVS QVI VOCABANTVR
CERVLEVS ET CVRTIVS A MILL. XXXXV, ITEM
ANIENEM NOVAM ꝛc. IMPENSA SVA IN VRBEM
PERDVCENDAS CVRAVIT.

Postea iamdudum et Titus Caes. collapsas restaurarunt.

Et.

1 in prisone
2 in probo

Eulogy. Decium Laurea in Frontispe exstruct. lib. IX. vide Marl. lib. rup. ec.

in Caio cap. XX
in Claudio cap. XIX

Sed et epigrammatibus hunc verbis colligitur, et ipsa quæ ad portam Neviam extant. Sixtus v. hunc aquæductum suo nomine Felicem dixit, de quo videndus Ferrut. ad Marlian. et extat inscriptio ad portam S. Laurentii arcui ipsi addito insculpta: qua fit notum Sixtum pont. aquæductum Felicem subterraneo rivo mill. pass. 13 substructione arcuata VII suo triumphi extinxisse A° 1585. pont. 1. XXVIII. Ad Portam S. Mariæ Majoris ambulando deinde, quæ olim Nevia propter virinum silvam Nevia; a plinio vero Labicana, ab aliis Radiscula et Arcuaria, diversis opinionibus dictam tradunt. quam rem ipse restauravit Sixtus V Pontifex, operâ condemnatorum, ubi in arcu marmoreo hæc legitur inscriptio:

Libro IV c. 22.

SIXTVS V PONT. MAX. vias utrasque ad sanctam Mariam Maiorem et ad S. Mariam Angelorum, ad populi commoditatem et devotionem longas latasque suâ impensâ straxit, anno Dom. M.D.LXXXV. pont. I.

Deinde ad S. Mariam Majorem, vidi Trophea C. Marij de Cimbris satis integra, de quibus Sueton. ait verba: Trophæa C. Marij de Jugurthâ deque Cimbris atque Teutonis olim a Sulla dejecta restituit; et aquæ proximis aquæductum, quam nunc Trivian vocant quæ M. Agrippa C. Sentio et Sp. Lucretio Coss. ex agro Lucullano Romam traduxit, nomenque et a virgunculâ quæ ei ad monstravit, et strabit, frontinus, et Claudius imp. restituit, quemadmodum ultimo fulmus II Pont. Max. tum hor Epigram.

Do his aliter sentit Lipsius in Jul. cap. XI et Velleius lib. 2.

Aquæ proximis ad ambitum.

PVBLICAE COMMODITATI.

meminit. hinc quoq: Martialis.

Fecit et Sixtus viam Felicem ex suo nomine dictam, de qua hæc inscriptio:

SIXTO V PONTIFICI MAXIMO QVOD VIAM FELICEM APERVIT, STRAVITQ: PONT. SVI ANNO I. MDLXXXV.

pont. cera hor temporis solit mugunculas quasdam effingere, in formam agni, ex alba cera oleo delibuta, hæc affirmat de collo suspensas peccata hominum aquis purgari ac Christi sanguine etc. et in libro sacramentorum pont. scribitur

Sect. 7

Balsamus et cera munda cum chrismatis unda
Conficiunt agnum: quod munus do tibi magnum
Fonte velut natum per mystica sanctificatum;
Fulguza de surgum depellit, omne malignum
Peccatum frangit, ut Christi sanguis et angit
Prægnans servatur simul et partus liberatur etc.

de his quoque scribit Henric. Corn. Agrippa lib. III. Occult. philos. cap. 63. quales ex donatione Cimbrorum non superstitionis, sed demonstrationis ergo habeo.

Quæ duos pontifices nuper in urbe straverunt, restaurarunt pius IV, Gregorius XIII, Sixtus V; vide in additionibus Marliano additis per Hieronimum Ferrutum Rom. lib 4. cap. 24.

XXIX. In esq

XXIX. In Esquilinis obambulando hortos Vidi Mecenatis, in quibus olim primatus adhuc Tyberius habitavit, tipe in sub vita. Suetonio: Vidi et turrim illa Mecenatis, cap XVI.
ex qua Nero mendium urbis famosius spectasse, et suet. in Ner. c. 38.
fili exercitum exultando retinisse legitur: In reditu Vidi hortos, quos magnifros propre aedem D. Mariae Maioris extruit Pontifex, et iam ante primatus Senator purpuratus inspicat, supra facultatum magnitudinem. et fecunt Gregorium Bonompagnum ante hunc pontificem Rom. obambulantem hos inspexisse, et interrogasse ruinae essent? Quae reddidum Cardinalis de Montealto; respondisseque Gregorium, potiore dignum opus, et supra vires pauperis senatoris, praesagio et quodam interpretabantur futurorum: verum signi sibi par pontificorum pompa placuit. Cypriamum adhuc Venatiamum scribentem de simplicitate praelatorum legisent, meum non tam improbarint quam horrebunt omnium nostrorum antistitum fastum, regia vita imo tyrannidis quam pontificis bene proximiorem; vide Sines. epm in epistolis.

XXX. De regimine urbis paucia addam: Loco Cons. nunc sunt Duo conservatores; sunt praetores item duo. et gubernator omnes qui ius reddunt, et ius urbis rural praetor minores magistratum.

Iudices rerum pauparumque similium sunt multi, qui Auditores vel Iudices appellari dicuntur, horum collegium Rota nomine notatur, ibi pontifex ad vide ocl. vesterum
quem omnes primum supplicationes libelli dirigu tur, pauperes contrones ad committit, et ab horum sententia ad Iudicem appellatur. Horum iudicum officia sunt pontifici lucrosa admodum, venduntur enim aliquot millibus auratorum; ex ibi quoque sepe numero Cardinales reduntur, qui negotio rituum instituto, vel nobiles vel doctores solent.

Latrones qui Italis Ibiri dicuntur magno ab hac pontifice nimdo lauti; ad expriemendam Sculum Lucentiam grassando infestam totam tenent Italiam; ibi vero optimo, olim a Venetis excogitato commento, compremit Sixtus V pontifex, tribus publicatis edictis, primo veniam delictorum paenitentibus indulget; secundo praemium occisoribus promittit; tertio, impunitatem et praemia multaque privilegia collicitur; quo

postremo

Vide Sylla de capitibus exulum et delatorum premissis ap. Plut. in Sulla et Appian. lib. 1 bell. civil.

L. 1 ff. de servis fug.

postremo mutuam vesis diffidentiam, et multum sobrietatem invenit. Leges Romanas de servis olim fugitivis latas assimilas, iam tamen, ne fugitivi admittantur in saltum, neve protegantur a villicis aut procuratoribus possessionum, et multa statuunt; qui magistratui exhibuisset veniam in antecactum dederet aditum militi vel pagani apezuere, ad investigandum in praedia vel senatorum vel paganorum.

XXX. Hic Pontifex Romanus Sixtus V, ante pontificatum Felix de Montealto, summus Franciscanorum praefectus, et haereticae pravitatis inquisitor, cuius posteriora munia infelicitae in Venetos tentavit, cum ibidem quendam ex Senatorio ordine Civium suspecta colloquium habuisset; cumque propria auctoritate custodiae tradidisset, cumque ei tanquam solita senatus Venetus impatiens, nihil obstante pontificia auctoritate, hominem traditam carcere ante finem dictum e finibus Venetis decedere iubent; observeis admodum natalibus ortum fama publica probat, et pauperculi villici de Montealto oppido in Brutijs cuius imperium cum titulo Duratus filio suo nothoo dedit Ferrando, primus Arragonius Rex Neapolitanus filium, qui cum duos patrimonios pastaret admodum puer, a fratribus Franciscanis assumptus ob indolem, et eduratus fuit quamvis non desunt qui falsissime a Duribus montealtanis eius originem deducant.

Forte hic fallor in loco synonimo vid. Hm. bes.

Antio pontificatus cum urbs inopia frumenti laboraret, nonnis et mercatores qui Annonam apportarent detineri, Romamque deduci curavit, tanta in fuerat amore inopia, et Romae cum pontifici acclamaretur more solito, que voces audiuntur, pater Sante, fatte la panatte grande, eoque facto populi favorem sibi demeruit; quamvis aliquando austerus et senectutis vitio morosior habetur: Quidam enim ab initio senectutis edunt exemplo: Hericos Borbonios Navarrae filius et Colonum exterminavit, cuius exemplar apud me habetur per Ottomanum oppugnatum: Paulique Bordano Ursino ad se venienti, et de pontificatu gratulanti, veniamque antiactorum iam condonatorum cum eius consilio Coramboni pontifici socrus mercatus a fratre Ursino fuisset traditus, petenti respondit, Cardinales

Fo. fine huius anni coronabus Cracovae Sigismundus III vide descrip. Cap. mei opt.

nales facile conductam remittere, quo illo responsum
nil paratum ab eo expectando, cum familia Pata
vinum discessit. Edidit quoq: bullam Pij v. de filijs
presbyterorum, quam Gregorius iam improbaverat
et multi adhuc et iniquam damnant: Edictum
preterea contra validos mendicantes edidit, et
invalidos condito collegio congessit, quibus necessa
ria tribuit: In consanguineos et amicos fuit sum
mi liberalis; ex sororum nepotes, cum fuit Rom.
urbis Gubernatorem, alterum cardinalem, ac Bononie
nunc pontificio rectorem; neptem etiam puerpera
lem e extrema sortis miseria, quae litteraria pue
ra Grat solita filiam, et principem muliebrem
observari insit, nec nisi ipsa et multo famula
tu in publicum procedere voluit: ac pro ea duas
filios matrimonij causa sollicitavit: Attentatis fuit
admodum mitis, et famam etiam operibus publicis
perennem quaerere studuit; tamque ad eam profusi
ssime liberalitatis fuit, caeterum privatus vi vide
batur attentior.

Duas nepotes altera columnis altera vestimentis exornavit

Cum quodam die Farnesius pro raptino praesaturus pontifici
adsisset, idque ipse suspiraretur, ruidam ex sua familia in
aurem dixit, et statim raptino laqueo vita adimeretur,
ac tum audiit cardinalem, mortem raptino deprecanti,
reddidit, se id eius precibus concessurum si viveret;
gratias egit pontifici Farnesius, et subito ad carcerem proce
rant strangulatum invenit; quare iratus, monachi hanc
ce gratiam dixit; quod ad pontificem deferendo carceris ruptos,
misit qui Farnesium arcesseret; qui cum de more ad eius
pedes procumbere, sic sunt pro media Horae carere, ar
rogantem admirantem, eo responso dimisit: hac monachi
ejusdem gratia, quem si iterum irritaveris poena pontificia
in te insurrecturum ~~statuit~~. nonnihil

De osculando pedes pontif. vid Erasmum in Apophthegm. lib. 6. ubi dicit
Magrinium Schorch minquam ad osculandum pedum quinquiam admi
ssum. vid. Lips. el. 2. cap. 6.

Sixtus inter alia quae suo pontificatu statuit, vetuit ne
cardinalium numerum septuagesimum excederet, item nullus
nisi mense Decembri creandos, electos etiam regnationis gra
dus expressit, in quibus constituti duo tantum: ~~et~~ non possent.

ANNVS

ANNVS CHRISTIANVS
∞ ID XXCVIII.

Hunc varijs lacerat vulgus discursibus annum,
Da Deus infaustum longius omen cat.

Coss. TRAIECTINI
Petrus Ruysch. III. Gerard. Pruning.
Tamentzius II.

IANVARIVS.

Me Janus veteri Romanâ vidit in urbe.

Kal. Noui urbis Romae magistratus creati, qui in habitu solemni ordine ante pedes Pontificis procumbentes, ex more iuramento praestito inaugurati sunt, indeque circa Vesperum tormenta bellica ex arce summo tonitru explosa.

Syffridus Groneveldinus Canonicus Martiniamus duxit in uxorem Henricam Duytten Bomgart, cum qua quidem consuetudo eo ipso tempore Theodor. Trelmannus eiusdem collegij canonicus suam duxit Hildegondam pelni F.

Ut perambulani Caelium montem, olim Querquetulanum a silua, inde a caede vibenna duce Etruscorum Tesse Tarito sic dictum; et a Tiberio qui fuit ab incendio de nouo restauratum. Monte Augusti monumentum erectum; in quo Templum Claudij ab Agrippina inceptum, a Nerone funditus eversum, et Vespasiano restauratum: et Lateranensium aedes, quorum olim perceleberrima familia, meminit Lateranensis Consulari Senatorio Appianus. Fasti praetoria Consularia. Jul. Capitolinus, Tacitus, Hieronimus, Aurelius Victor, Rufus. Lateranenses meminerant, et Juvenalis in satyris.

— Et egregias Lateranorum obsidet arces.

Ubi nunc a Constantino est aedificatum Templum S. Salvatoris vel S. Joannis Lateranensis, multis reliquit, de quibus videndus Onuphrius, qui pariter de septem urbis Basilicis edidit libellum, quidquid impeditum nescio quid fabulatur de Vrna Neronis, quae ibi latuerit, unde nomen deduxerit: et in hoc templo sepulcrum Laurentij Vallae, aliorum tam virorum doctorum, quam pontificum, porticum nouo opere restaurat Pont. Sixtus V: et palatum purgata arena externit; ibidemque obeliscum ex lapide maximo adductum, et in plures confractum partes Hyeroglyphicis literis scribendum administratis fragmentis, erigi curat. Hic olim statua illa equestris quae nunc in Capitolio, ruinis adhuc basis conspicitur.

Tum quoque libuit Sancta Sanctorum, qui locus adhuc

dum

Coss. TRAIECTINI
Petrus Ruysch. III. Gerard. Pruning.
Tamentzius II.

vide Bitan. Vect. Annal. IV. et ibi Lipsius vero de hing. lat.

Suet. cap. X in Vespasiano.

Lib. III bell. civ. Cicero in Vatin. et pro plancio.

satyra X.

vide fabulosas Mart. Polon. myras.

De quo vid. Marcel. libro XVII.

vid. Bitan. lib. 2 Rom. vid. 2. hyeroglyph. et Kirch. ibi

dum religiosus visitare, ubi magna indulgentia donabantur, intrare quam mulieribus non licet nisi certo tempore, Ante ostium ejus est distichon: Circumcisa caro Christi sandalia clara,
Ac umbilici viget hic praecisio chara.

vide Calvin. lib. de reliquiis sant.

Antiberg olim de oppido qd sequabat fuerit sed castra mutata sublata fuerat. Pollio in Tetrico Jun.

In monte celio fuere olim quoque aedes Tetrici Tyranni, in quibus pictura Musiva admodum egregia. Hinc ad portam Celimontanam, quae et Asinaria olim, nunc vero Lateranensis, et Latina, vidi oratorium non addo magnum, quod ingressus hos versus parieti inscriptos legi:

Martyrij calicem bibit hic Athleta Joannes,
Principij verbum cernere qui meruit.
Verberat hic fuste, proconsul forcipe tondit
Qua feruens oleum laedere non potuit.
Conditur hic oleum dolium cruor atq: capilli
Qua consecrantur inclyta Roma tibi.

vide Calvinus in libello de reliquiis. Hoc confirmat refert Andreas Fabr. lib. v. vide Tertull. de praescript. haereticor.

Inde praeterivi ruinas veteris palatij, et monasterij, quibus est contiguum coenobium aegrotantium S. Mariae, et in colle templum cum coenobio quatuor coronatorum, ab Honorio Pontifice Rom. Eius vero primo fundatum, ubi olim castra peregrina. Inde per Emporium quod olim fuit inter amphiteatrum et sanctam Mariam novam, ruinis parte hortis sub monasterij occupatur, domum reversi sum.

Mirabar ego infantes duorum vel trium annorum ululantes conspiri; sed respondebant parentes, se ex voto eos fecisse, cum filium nascituram rectis de causis Deo voviserint, hortica ex exemplo veterum Hebraeorum, et Biblia testantur sacra; instam tamen etatem requirunt canones rap. ad nostram cap. 31. Decret. de Regularib.

In Lateranio duo fuerunt ante festum pascatis, pontifex excaturus omne semen humanum, propter ingratitudinem Iuda Justum, ruinis vide Formulam apud Sled. lib. III Hist: sui temporis in princ:

Innocentius II in Lateranis curavit deponi Lotharium Imp, quasi vasallum ad ipsius pedes prostratum, et imperij coronam ab eo arripuentem, hos versus addito:

Rex venit ante fores, mirans prius urbis honores
Post homo fit papae: sumit quo dante coronam.

vide Sander. Angus. lib. 6.

IV Pont

